TRACTATUS DE FALCIDIA ET TREBELLIANICA VENTIDII TAMBERLANIS IN L...

Ventidio Tamberlani



A

TRACTATUS

[illegible]

TRACTATVS DE FALCIDIA ET TREBELLIANICA

VENTIDII TAMBERLANIS

In L. in quartam. ff. ad L. Falcidiã.







ROMAE,

Ex Officina Marci Antonij Moretti, & Jacobi Brianzi.

M. D. LXXXVII.

PERMISSV SVPERIORVM.







ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO MICHAELI BONELLO S. R. E. AMPLISSIMO CARDINALI ALEXANDRINO PATRONO OPTIMO,



VENTIDIVS TAMBERLANES A Monte Sancto V. I. Scholaris felicitatem.



ILLVSTRE quoddam est opus, Illustrissime ac Reuerendissime Cardinalis, quo nullum fortasse inter humanos conatus praeclarius, id est iura condere, quib. hominum coetus, & societatis iura indissolubili quodam vinculo colligentur, & pulcherrimis, sapientissimisq. praeceptis certus Reip. status informetur. quae qui olim antiquitus praestitere, maximum Enconomium apud omnes passim scriptores meruerunt. fuere tamen, quib. ego assentior, viri sapientissimi, qui deliberate sunt arbitrati, praestare eos, longeq. antecellere, qui hoc ipsum, quod sancte,

religioseq. constitutum est, ius reddunt, quam illi ipsi, qui condidere. opinantium horum Princeps Plato fuit, is in Laches, seu de fortitudine, Magistratus opt. legibus anteponit, quòd absq. illis leges omnino videantur inutiles: subditq. Magistratus optimos esse leges. quem & Pomponius I. C. iuris & Magistratuum originem scribens assectatus, eamdem pene reponit sententiam. Comprobauit id admirabilis P II V. Pont. Sanctissimi, dum Petri Nauem regeret, administratio, cum incredibili prudentia, & iustitia, fortitudine, & aequitate ius vniuerso Orbi distribueret: & quod legis proprium est, tanqum verum Iustitiae simulacrũ improbos vlcisceretur. quod Heretici ac Turcae immania Monstra dolenter non solum re ipsa testantur, sed illo in Caelum reuolato, sola ipsa memoria (quod antea magni illius Tamberlanis à quo mihi si Maiorib. credere, & absq. inuidia dicere liceat, infortunata nimis origo est. factis olim contigerat) adhuc misere contremiscant. Item dum bonis praemia daret, quod alterum est legis munus Iulio paulo & Crisippo testib. quod ex nobilissima Amplissimorum Cardinalium Corona ab eo relicta facile intelligi potest, ex qua

nullus

nullus est, qui summo dignitatum fastigio dignus non censeatur. Comprobasti & ipse Heros splendidissime eiusdem Pont. Auunculi tui vestigia imitatus, nam dum Pontificio praetorio, ac sacrae Consultationi preeßes, talia in tuo illo, ita dixerim, Magistratu, in reb. agendis, in Iure distribuendo, in magnis, arduisq. Christianae Reip. cum Principib. tractationib. tuae fidei, constantiae, vigilantiae, prudentiae, religionis, ac pietatis argumenta edidisti, vt non cum Iuris peritis solum, sed cunctis mortalib. legis latorib. valeas merito conferri: ne iuxta illam Platonis sententiam (omnem assentationis suspicionem vitare volens, à qua semper abhorrui) dicam valeas anteferri. Accessit ad haec, quod hoc otio, ac perpetua tranquillitate, qua in vniuersa Italia multis ab annis vtimur, tibi quidem acceptum ferre possumus, qui publicis ante actis Comitijs Gregorium XIII. Pont. Opt. Max. spiritu sancto dictante, quib. potuisti suffragijs elegeris, qui Ecclesiasticam nutantem quietem magnis Sanctissimi Auunculi tui laborib. & vigilijs confirmatam, & in Portu securissimo constitutam, aequitate, bonitate, religione, & iustitia magnos aequans Gre

gorios

gorios religiosissime conseruat, & sacrum illud aureum pacis vellus, suae fidei commissum, mira prudentia, vti Draco vigilantissimus, seruat, atque custodit. Haec igitur Illustrissime Cardinalis fuere in caussa, vt cum aliquis mihi esset in toto vitae cursu Patronus eligendus, ad cuius exēplum illam, quoad per me fieri posset, conformarem: cui praecipue omni amore, obseruātia, reuerentia, atq. cultu responderem. Tu solus animo insederis, te solum suspexerim, tibi meos omnes studiorum labores, tibi mea omnia, meosq. & vitam vti sacro Numini dicarem. Et cum nuper Clarissimus Cinus Campanus Vrbis primarius in Iure professor (apud quem, ingenium legib. exculturus, tanquam ad alterum Scaeuolam me contuli) legem in quartam in Titulo ad l. Falc. omnium difficilium com. scriptorum calculo facile principem, ex suggesto publice mira subtilitate, & facilitate interpretaretur; amanter eßet me hortatus, vt de ingenioli mei virib. in celeberrima illa lege periculum facerem: & quid cum alijs, ac praeter alios scriptores in mentem veniret, scriptis mandarem. accinxi me statim ad onus (quo illi, vt par est, parerem) quamuis ingenue quidem fatear, meis longe vi-

ge vi-


gē virib. impar; sed in tam vasto difficultatum pelago illa cogitatione sensi paullatim recreari, & animos, tuo quasi fauente numine, augeri: succurrebat enim fore, vt tibi has possem, qualescumq. essent dicare primitias. Exactas igitur, & breuissimo tempore vix conscriptas, obseruantiae illius meae stimulis, & ardore perculsus, easdem Amplitudini, & Tutelae tuae voueo, atque consacro: rogoq. vt quae tua est & nominis, et rei bonitas liberaliter accipias, et benigne à labijs dolosis protegas. Scio enim nō defuturos, qui mea haec excogitatis nominibus carpere parati sint, nisi tutelari praesidio tuo munita prospicerent. & iam apud Typographos, quasi sub incude adhuc existētib. auditum est quosdam quasi illudentes, quòd ex Dialogo materiam tam altam, & scabrosam pertractassem; non concernentes quod doctissimus Ficinus in Nuncupatoria super Platone scriptum reliquit. Dialogos ex loquentiū personis ante oculos positis persuadere efficacius, mouere vehementius, opiniones ead. de re diuersas commodius recenseri, mira quadam varietate magis delectare, & attentione audientes, seu legentes detinere. praeseferunt turpiter ignorare Platonem duodecim

cim de legib. libros ex Dialogo, qui in manib. sunt omnium, reliquisse: quem constat nonnullos haud obscuri nominis in Jure scriptores fuisse sectatū. Nec intuentur meas partes extitisse, qui praeceptoris mei humanitati perpetuo me deuinctum intelligo, vt ipsius personam, tamquam illam Socratis apud Platonem, interponerem; à cuius celebri nomine leuia haec nostra non dubito magnum pondus esse acceptura: vt de Catone, in Catone maiore, scripsit Orator. Et vt deniq. omnes intelligant, vt si boni aliquid à me dictum sit, illius integerrimae doctrinae tribuatur, si quid secus iuuenili, & debili iudicio meo obtrudi posit. Vale meum praesidium feliciter, diuq.

Vale.

AD LEGEM IN QVARTAM DIALOGVS

VENTIDIVS TAMBERLANES CINVS CAMPANVS





TAMBERLANES. Nulli dubium est, Clarissime Praeceptor Campane, ad bonas artes, disciplinasq. capessendas aliquem habere Ducem & Auctorem, omnino necessarium esse; qui non solum earum praecepta, & quasi vias scribendo tradat, sed etiam dicendo, atq. docendo discentis animum moueat, atq. imprimat, quod diligenter Peripateticos legimus obseruasse. CAMP. Vera narras, quod si viua, quinimo familiari voce vnquam in aliqua Arte opus fuit, in hac legum Sylua, quae vndiq. Scribentium veprib. atq. dumis infeliciter consita, inuia pene effecta est, necessario quasi praeeuntem censeo, vt dixisti, Ducem adhibendum, quem pone sequare. Si quid ergo est, in quo operam meam profuturam sentias, solue mecum ingenui pudoris vincula; nec tuam diutius, si quam habes, moderetur cupiditatem, nec enim quod ad Adolescentiam exornandam tuam pertinere possit, onus quod vis vnquam refugiam. TAMB. Hoc mirifice cupiebam, hoc ipsum inprimis affectabam, verebar tamen ne si te ad ea familiariter reponenda, quae publice docuisses, tibi grauis & molestus videri possem; praesertim si meas, quae super ijs enatae sunt dubitationes, enodandas flagitarem. CAMP. Quorsum haec mecum, qui me-

um perbelle nosti genium nō in te solum, quem in oculis gero, sed in omnib. iuuandis esse facilem atq. propensum. TAMB. Hoc certe non modo fateor, verum, quod mirabilius est, de te passim praedico singularem adeo tuae existere naturae bonitatem, vt etiam qui excelsae virtuti tuae inuideant, & liuoris stimulo concitati iniqui insequantur, adhuc vel pietatis officijs prosequare. CAMP. Nimium honestissime Adolescens mihi arrogas, sed infructuosa tua de me nō erit cōmendatio, nam vt ea potius ab amore in me tuo nimis fragranti promanat, ita hac laude indignum, vt ab ea penitus non abhorream, amanter excitaueris. Audeas igitur vti libenter eo, qualecumq. est, quod a Deo opt. Max. mihi tributum est. TAMB. Vtar sane eo libentius, quo te magis mihi facilem praebes, & felicius vti me existimabo, si ex more maiorum Diuino Numine innocato, à quo bonum principium, melius medium, & optimus prouenit finis, vt Imperator fatetur in Auct. quemad. epis. ad ord. perduc. in principio, proponam ea, quae non mihi solum, sed vniuersae legum cupidae Iuuentuti, vbi abs te fuerint expedite dissoluta, proficere possint, si ea memoriae seruans aliquando cartae non periturae mandauero. Erit itaq. non in quibusdam leuib. aut facilib. mecum labor sumendus, ceterum in magnis atq. arduis, vt altissimum tuum decet iudicium. Habemus igitur inter caetera celeberrima Responsa ob incredibilem eius difficultatem vti Principem & Caput legem In Quartam ff. ad l. falcid. Quāobrem quaeso, quae tua est humanitas, pro more faciliorem ac clariorem reddere non graueris, postquam neminem Clarissime Campane te aptiorem ad eam explicandam inueniri posse reor. CAMP. magnam quidem rem, & vehementer à nostris obscuratam dilucidari optas. TAMB. dignam porro praestantissimi

inge-

ingenii tui acumine, necnon maturi iudicii integritate. CAMP. Desine opt. Adolescens ea mihi tribuere, quae neq. postulo, neq. in me agnosco, & quo voti facilius compos esse possis, quasi quaedam praelegomena.
1 na. † altius repetita diligenter accipe. Primo itaq. sciendum erit, quid sit lex falcidia, à quo fuerit promulgata, quo tempore, qua de caussa, quid fructus afferat, an aliae praeter ipsam inueniantur Quartae, & quot, & quae sint, in quo differant à falcidia, & ex quib. reb. detrahantur, & à quib. exerceantur. TAMB. Eleganter complura propositae Tractationis capita distinxisti quae singula si felici explicationis diplomate percurras, felicem me pariter existimabo. CAMP. Faciam libenter, & vt id ordinatim praestem, reuolabo ad pri-
2 mum † Puto falcidiae ineundae rationem nil aliud esse, quam quoddam Populi Consultum per quod cautum est, vt Quadrans haeredi reliquum sit, vel ex Testatoris dispositione, vel per delibationem a legatis faciendam. TAMB. Idoneam hanc esse Falcidiae descriptionem agnosco, teq. Iuuenili meo ingenio seruire voluisse, quippe qui breui diffiniēdi methodo de industria posthabita, rem latius præ oculis ponere magis elegeris; verumtamen quo magis animo & memoriae haereat exactam singulorum declarationem auidis-
3 sime exspecto. CAMP. Dixi consultum † quia Papinianus ita legem diffinit, vt l. prima ff. de leg. Dixi Po
4 puli esse † , quia proprie lex erat, quam Populus rogante Magistratu ferre solebat §. lex Instit. de Iur. Nat. vel Tribunus Tributis Comitijs rogaret, vt Festus ait, vel Consul Centuriatis. TAMB. Miro quidem ordine praedictorum prosequeris declarationem, atta-
5 men ex illis verbis vel rogaret Tribunus † vel Consul magnum oriri dubium perspicio. CAMP. Aperias quale sit. TAMB. Namq. aut erat Tribunus, qui hanc

legem nostram rogauit, aut Consul; si Tribunus Plebiscitum, & non Populi consultum contra traditam descriptionem dici oportet, cum à Plebe rogauerit, vt l. prima ff. ad l. Aquil. si Consul tunc vere lex erat & dicebatur §. constat Instit. de Iur. Nat. CAMP. Laudo quaesitum, verumtamen Auctor l. Falcidiae vel fuisset Tribunus, vel Consul nihil refert, quoniam vt ex Historijs habemus, aliquando etiam Tribuni, absentib. aut alias impeditis coss. veluti Consules rogabant: atq. auctum in tantum fuit eorum nomen, vt Imperatores Tribunorum nomine, cum esset sacrosanctum, appellari vellent, quare quicquid ab eis constituebatur, legis nomen retinebat, & non plebiscíti. TAMB. Mirum in modum haec ratio consonat, & si praeterea declares à quo fuerit promulgata maiorem inde percipiam vtilitatem. CAMP. Auctor legis Falcidiae † fuit Falcidius Tribunus plebis vt ex D. Hieronymo in Eusebij Chronica colligi potest, & ex cap. quaedam dist. 2. TAMB. Ex hoc in priorem incido dubitationem, nempe si Falcidius fuit Tribunus plebis, eius Constitutio Plebiscitum potius, quam lex denominari debet, vt alias dixi. CAMP. Animaduertas diligenter Politus in l. filium quem habentem in principio impugnat Falcidiam dici a Falcidio Tribuno Plebis asserens eius nomen non reperiri inter Romanorum nomina, quae apud Veterum monumenta leguntur, Pau. tamē Castr. in l. prima hoc Titulo refert Vincentium Historiographum dicentem Auctori legis nostrae nomen fuisse Gaij Falcidij, qui fuit Tribunus plebis, ergo non Consul, vt in d. l. prima Acc. putabat, & eum sequi videtur Alex. eod. loci, quia & si Falcidius Plebis Trib. esset, vt asseruit Alciatus Parad. lib. 6. c. 4. nihilominus eius dispositio cōmuni nomine; quod omni Iuri scripto competebat Teste Theophilo Instit. Titulo de Iur. Nat. lex, & non

&non Plebiscitum dicta est: cuius rei ea forsan ratio reddi potest, quia cum tempore, quo fuit lata lex Falcidia Romanum Imperium apud Octauianum Augustum resideret, in quem omnis Pop. Rom. potestas, ob tinente lege Regia, translata erat; facile nobis ipsis persuadere possumus, Octauianum indulgere magis Populo voluisse, Falcidio Magistratum gerente, vt ex eius nomine lex diceretur Falcidia, quam Plebi, vt appellaretur Plebiscitum, quo prima illa Imperij initia, ac nouitatem omni humanitatis genere demulceret, vt in l. prima ff. de orig. Iur. Caius monet. Secundo pro rei intelligentia Principis diffinitionem in memoriam reuocabi-
7 mus †; Est enim Princeps, qui potestatem imperan-
8 di à Populo accepit, porro autem † Populi appellatio & Senatum & Plebem in se continet, quia Populus nil aliud est, vt superiori loco Theophilo placuit, nisi communis fortunae consilium in vnum, & eumdem cum Plebe numerum relato Senatu: Quare quod Populus annuebat, lex dicebatur. Igitur permittente Principe Octauiano Falcidij dispositionem locum obtinere, non iniuria, Falcidia lex dici poterit, quasi Populus ipse idem confirmasset, facit lex vltima C. de leg. Nec obstat, quod Polito videatur dubium loco citato Falcidiam Octauiani tempore latam fuisse, ea ratione quia Plebs, & plebei Magistratus nullam haberent potestatem. quippe respondemus eod. modo, quo responderunt hic quidam ex Nouiss. nimirum Rempub. Rom. tunc temporis penitus formam pristinam suam non amisisse, quando magnus ille Imp. Octauianus adhuc fieri Consules, & Magistratus geri, quia ita expediebat, permisisset; quamobrem Falcidium Tribunum plebis fuisse, non erit absurdum credere. TAMB. Quinimo pro comperto ita tenendum esse omnino dicerem, namq. memini me idem percepisse a Clarissimo viro om

ni vir-

ni virtutum genere ornatiſſimo, & humanarum litte-rarum Inſtauratore diligētiſſimo Marco Antonio Mureto dum publice in ſua anniuerſaria lectione Cornelium Tacitum interpraetaretur, qui alio tendens dixit, Octauianum ipſum Auguſtum, non ſtatim Reipub. partes ſibi attribuiſſe, ſed paulatim ſumpta occaſione ex quadam fititia cauſſa. CAMP. Ad haec poſſemus di-
9 cere plebiſciti nomen † eatenus in vſu fuiſſe, quo ad ſeditio & ſeceſſio inter Plebem & Senatum viguiſſet; verum non item poſtquam Hortentij beneficio ad priſtinam concordiam reuerterunt. TAMB. Hac tua mirifica explicatione vere omne dubium è medio ſublatum eſt, ac firmior deſcriptio reddita, quamobrem ſi placet, quod reliquum eſt more tuo illuſtrius reſtitue. CAMP. Reliquum quadrantem ſeruandum expreſſi, quia ſecundo capite legis Falcidiae ita aperte caueba-
10 tur l. prima hoc titulo. Dixi legatorum † delibationem pro deductione imitatus Iureconſultum in lege legatum ff. de leg. 2. TAMB. Iam propoſitam deſcriptionem te ſuis feliciter concluſiſſe cancellis video. CAMP. Hucuſq. igitur habuiſti quid ſit lex Falcidia, à quo fuerit promulgata, & quo tempore. Nunc tran-
11 ſeamus ad cauſſam †, quae nulla alia fuit, niſi vt prouideretur Teſtatoribus ob id, quod plerumq. inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis haeredibus, pro nullo, aut minimo lucro haereditates adire, referente Iuſtiniano Inſtit. Titulo de lege Falc. in princ. & alijs in locis. TAMB. Iuſta ac vere pia cauſſa fuit, dicas au-
12 tem †, quid fructus afferat. CAMP. Antequam ad hoc declarandum accedamus, primum inſpiciendum eſt, quo iure Ciuitas retro in eiuſmodi caſibus vſa fuit, quemadmodum perbelle monet Paulus in l. ſi de Interpretatione ff. de ll. TAMB. O quam bene ex hac tua mirabili methodo, perfectus docendi modus de-

mon-

demonstratur? CAMP. Etenim in primis Imperij cu
13 nabulis praedicta Falc. nondũ erat in rerum natura†, Sed 12. Tab. lex. cauebat absolute liberam esse cuiq. de reb. suis facultatem legandi, & disponendi vtcũq voluerit; ita legis latores omnes consentiunt, & declarant in l. prima ff. ad l. Falci. Instit. Titulo de lege Falc. & in l. verbis legis ff. de verb. & rer. sig. & credendum est in illo quasi aureo Rom. virtutis seculo praestantissimos
14 viros haeredes factos † alia lucra non curasse dummodo Testantium confidentem conseruarent mentem, quod nobis clare ostendit principium Tituli de Fideic. Haer. in Instit. Sed vbi perditi mores, vt animos Ciuiũ, ita Remp. Romanam infecerunt necessum fuit ad remedia vtilitatis confugere, vt lucro homines parũ ingenuos allicerent, proindeq. Falcidiam post l. Furiam & Voconiam inuentam fuisse Testatur Vlpianus l. prima ff. ad l. Falc. & Imperator noster Instit. Titulo de leg. Falc. TAMB. An doctissimum Campanum siue potius Martianum ipsum Iureconsultum de lege Falcidia tam docte discutientem intelligam, non ita facile diiudicare possum. CAMP. Desine. Atqui cum antea super hoc tam lex Furia, quam Voconia, vt dixi, la-
15 tae essent; † quarum prima, vt inquit Theophilus in haec verba, cauebatur, ne cui vltra mille aureos legare liceret, quod si quis maiorem summam sibi relictam accepisset, quadruplum eius, quo plus, quam licebat, acceperat, reddebat: Verbi gratia si mille & ducẽtos aureos acceperit quadruplũ ducentorum reddebat, hoc est, octingentos. Sed parata huic legi Fraus erat, etenim si quis cũ quinq. millia aureorũ in bonis haberet quinq. legatarijs millenos reliquisset, in legem non incidebat & rursus tamen eueniebat, vt haeres, qui nihil lucri habebat haereditatem repudiaret; & ita iterum subuertebantur Testamenta. Secunda vero, quae Tertio loco

fuit

fuit lata, nempe Voconia cautum erat, ne legatarius plus haberet, quam haeres, sed tamen & haec ipsa facile conuellebatur, nam si quis cum centum solidos in bonis haberet, haeredem me instituisset, & nonaginta nouem legatarijs singulos solidos reliquisset, neq. legem transgrediebatur, & locum tamē faciebat repudiationi; ob vnum enim solidum nemo totius haereditatis onera subire sustinuisset. Verum enimuero cū neutra sufficiens ad rei consumationem videretur, vt Instit. Titulo de leg. Falc. in principio Iustin. recitat. Nouissime Imperante Augusto, referam verba pro-
16 pria Diui Hieronymi †, Caius Falcidius Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus Testamēto legaret, quam vt Quarta pars Haeredibus superesset, si quattuor aut minus essent, si autem plus quattuor medietas. Ceterum quo ad modum dispositionis cōtrarium reperio Theophilum dixisse eod. in loco vt supra, & vt opinor veritati magis adhaeret, qui simpliciter loquitur in illis verbis. Vltimò igitur lata est lex Falc. quae totum Defuncti patrimonium in xij. vncias diuisit, & vetuit ne cui vltra dodrantem, idest nouem vncias, totorum bonorum legare liceret, siue vnus sit haeres institutus, siue plures: sed vt quadrans, idest quarta pars bonorū apud haeredem, haeredesue maneret; ac propterea manifestissime patet huius Falcidij nomine legem Falcidiam dictam esse, vt Paullo supra declarauimus. TAMB. Ab omni equidem ratione alienus essem; nisi huic tuae validissimae rationi acquiescerem, Verum quid de illa gloss. opinione communiter accepta, dice-
17 mus? videlicet, quod à defalcando †, seu à Falce lex dicta sit Falcidia? CAMP. nil aliud respondere possum, quam omnes simul grauiter errare, quasi Falce potius Romani, quam gladijs bellicam virtutem exercentes, vterentur, & Agricolae magis, quam Milites

tes

tes essent, vt l. prima C.de Iur.delib.l.prima ff.de Test. mil. Sed ad rem nostram redeamus, apertissimus is
19 effectus ex verbis ipsius legis Falcidiae colligi potest, † quod nemini plus legare permittatur, quam vt Quarta pars haeredibus remaneat, vt hoc allecti lucro libentius haereditates adirent, ac Testantium dispositionibus, & non subuersionibus locus esset: quemadmodũ habemus Instit. Titulo de leg. Falc. & in l. prima ff.eo. TAMB. Satis recte percepi, qđ lex Falcidia circa quartae permissionem induxerit, nunc an aliae praeter ip-
20 sam inueniantur Quartae, † subsequitur declarãdum. CAMP. Nulli dubium est, complures aliae Quartae species, & hic à gloss. & in l. Filium quem habentem C. Fam. Erc. ab alijsq. scriptoribus varie describi. TAMB. quot sunt. CAMP. apud scribentes, † quos viderim, sunt numero viginti, & si non omnes facile obtineant. TAMB. Dicas quaeso quae sint. CAMP. Inter eas praecipuae sũt illae super quibus fusior nostra erit Tractatio, nempe Falcidia, cuius mentionẽ fecimus, & ea ex Trebelliano, & huic proxima est illa de Iure Naturae à Iure Ciuili confirmata, quam legitimam vocamus: Verum quia praedictae duae species & legitima, & ex Treb. maiorẽ poscunt indagationem, quam reliquae omnes iccirco lõge melius mihi visum est, vt nos prius de illis, quae minoris indigent explorationis expediamus, quando non parum praestabunt intelligentiae ad reliquas duas, quas deinde exactiori stylo declarabimus. TAMB. dummodo eas mihi speciatim explices, non curo quo id facias ordine. CAMP. Expendamus igitur primo quartas hic à gloss. citatas, deinde ad alias ordinatim deueniemus, Incidit autem
21 primo illa, quae est numero quarta; † quae debetur Arrogato, vt §. cum autem Instit. Titulo de Adopt. declarat hic Iacobus Niger locum habere, si decedat

Arrogator impubere filio arrogato superstite l.prima §.si impuberi C. de Coll. bon. vel si eum sine caussa emancipauerit, d. §. cum autem, secus autem si pubes moriatur, vel cum caussa emancipauerit, nam eo casu nullam ex his consequetur quartam. TAMB.Mirifice placet ea Nigri explicatio, & antea quam abste Iudice optimo probaretur, dum nudius tertius eiusdem Nigri ad hanc l. Commentaria manuscripta nondum edita, ornatissimus & eruditissimus Adolescens Flaminius Parisius Celeberrimi illius Pauli Parisij I.C.& Cardinalis Amplissimi magnae, certaeq. spei Nepos legenda comodasset: hanc perlegens explicationem
22 vehementer cōmendabam, † siquidem illius quartae inuentionem fuisse instar legitimae ex cogitatam perspicuum est, vtsicut naturalis, & legitimus filius vita decedens legitimam, quam patre praemortuo consequuturus fuisset, ad alium transferre non potest, ita nec Arrogatus, cum adoptio non solum in habendo filio naturam imitetur §. minorem Instit. Titulo de Adopt. sed etiam in multis successionum casib. arg. §. primi Instit. Titulo de Haer.quae ab intest.defer.cum sim. CAMP. Non ineleganter enim Iacobi dictũ ponderasti, prout ex accomodatissimo exemplo à te perducto colligi potest. Ceterum aliam videamus quartam
23 in gloss.positã numero quintam, †, quae debetur vxori Pauperi superstiti Auct.praeterea C. vnde vir & vx. Not. gloss. in l. filium quem habentem in verbo percepit C. Fam. erc. Animaduertendum est tamen, vt legitur apud recentiores Perusinos, d. auct. obtinere, quando solum tres, vel pauciores sint liberi, secus si plures, quia tunc portio est virilis. TAMB. praedictã scribentium animaduersionem veram esse non dubito, quoniam ex ipsius Tex. verbis apertissime cognoscitur. Verum tamen praeter eos addendum esse putarem,

rem, quod anno praeterito, vt parumper ingenium exſercerem illis aeſtiuis diebus, de iure reſpōdi in cauſſa Domini Antonij Mazzoni mei Conciuis amantiſſimi, vbi proponebatur Donationem fuiſſe factam à viro vxori legitimam excedentem ſummam, Inſinuatione requiſita, non adhibita, quam & propter id, & alia nullam eſſe dixi; nec quartam ex d. auct. prouenientem vllo modo pertinere ad vxorem, quia patrem haberet diuitem: quod complurib. iurib. & Doctorum auctoritatib. comprobaui. Quibus etiam acceſſit grauiſſimum Clariſſimorum Iuriſconſultorum Bernardini Coti patrui mei, Simonis Augenij, & Ioannis Girij eiuſdem Patriae iudicium; quare ne quae ibi adſcripſi iterum reponam, Animaduerſioni Nouiſſ. hic circa d. auct. praeterea non immerito adderem, ad vxorem pauperem ſuperſtitem quartam ſpectare dūmodo patrem diuitem non habeat. CAMP. Edidiſti mihi pulchrum ingenii tui ſpecimen, video enim illud magnorum interpretum adinuentis conformari, ſentiunt profecto idem melioris notae Scriptores in d. auct. praeterea. Sed ad aliam accedamus quartam à
24 gloſſ. recitatam, & erit in ordine ſexta, † quae debetur Curiae, quando curialis fit Clericus Auct. ſed neq. Curialem C. de Epiſ. & Cler. cuius Tex. allegationem improbant Peruſini, dicentes nō loqui de aliqua quarta, ſed ſolum id ibi diffiniri, quod vbi officialis efficitur Clericus, omnia bona per Fiſcum vendicari poſſint, relicta ſibi quarta parte ex omnib. ſuis bonis, quare audacter aſſeuerant non de aliqua quarta relinquēda tractari, ſed potius retinenda: & recte quidem. Po
25 nit aliam inſuper gloſſ. quartam †, quae erit ſeptima, cum debetur Curiae ab eo, qui extraneo haerede relicto diem obierit ſuum l. 2. C. quando & quib.
26 quar. par. lib. 10. Additur per gloſſ. & alia quarta † a

quae erit octaua, de qua in auct. cōtra cū rogatus C. ad Treb. & debetur illi, cui aliqs rogatus est restituere q đ superest de haereditate, nam inquit Tex. quartā Institutionis Fideicommis. restituere cogitur, facit glos. prima prope fin. in verbo si vero rogatus in c. praesentia
27 extra de Prob. Itē & alia ab ead. glos. recēsetur †, quae erit numero nona, de qua in l. vlt. C. de Repud. vbi quā do Maritus sine caussa expulit vxorem, debet ei dare quartā, ita quod non sit plus quam centū librarum auri, quando habet vir vel vxor quadringentas libras au-
28 ri in bonis. Vltima †, quae decimū locū obtinet, habetur in §. consideremus Auct. de Trien. & semis. quem Tex. Alex. hic, & alij minus facere scribunt, dicunt enim loqui de quadam portione, quae potest relinqui filijs naturalib. extantib. legitimis ex Testamento, vel ab Intestato, declarat Alex. portionem illam, id est duas vncias, quod ex ipso Tex. colligit, non autem de ijs portionib. quae ad quartae rationem pertineant, cuius etiam opinionis fuit Picus, & licet referente Nigro inquiat Imo. agere de quarta Iure naturae: diuersa tamen opinio verior est, videlicet de ea portione loqui, quam pater filio naturali ex Testamento vel ab intesta
29 to relinquet. Item alia vndecima est quarta †, cuius meminit gloss. in d l. filium quem habentem, quae debetur Patrono in bonis liberti, sed Matas. eod. loci inuehitur in gloss. illam scilicet non esse quartam, ait enim fuisse antiquitus dimidiam §. qua de caussa Instit. Titulo de suce. lib. hodie vero esse Tertiam §. sed nostra Instit. eod. Tit. cuius opinionem Niger hic sectatus est. Vnde Io. Fab. & Aretinum notat, quod in §. sed quia haeredes instit. titulo de fideic. Haer. portionem Patrono debitam, quartam nuncupauerint. Huic
30 proxima est xij. † quarta portio ex ead. gloss. in d. l. filium quem habentem C. fam. erc. quae praestatur ex caussa

caussa lucratiua l. prima C. de imp. lucri desc. lib. x. Addiderunt his Io. Fabr. & Aret. in d. §. sed quia haere-
11 des instit. titulo de Fedeic. Haer. quartam xiij. † de qua in l. Hac edictali C. de sec. Nupt. quē Tex. hic Iac. Niger Fabiano auctore in auct. Nouissima in prima quaest. principali respondit nihil facere, quod non de differenti specie, sed iure Naturae debita portione
12 tractet. Est & alia xiiij. portio, si gloss. opinio esset recipienda in §. vlt. inst. de vulg. subst. & in l. si paterfamilias ff. de Haer. instit. vt cum quis instituit seruum, ratus eum esse patrem familias, referente Nigro diuiditur haereditas in quattuor partes, & vnam habet Dominus serui, & aliam substitutus, at fidelis relator non est, clarius enim & vberius loquitur gloss. in haec verba, Haereditas in duas partes diuiditur, & iterum vnus semis diuiditur in duas partes, quae sunt duae quartae Totius, & vnam harum particularum habet Dominus, aliam substitutus vt d. l. si paterfamilias in fin. Alium vero semissem inspecta Testantis opinione secundum quosdam, vt ait gloss. pertinere ad substitutum, tamen hoc non probat, sed secundum alios attē ta magis veritate, quam opinione ad dominum serui instituti pertinere: hactenus gloss. ibi. Idem autem reponit in d. l. si paterfamilias, & ibi communiter Doctores sequuti sunt, & Iac. Niger hic. Verum Sylu. Aldobr. vir alioqui acutissimus in Add. §. praedicti In instit. contra sentiens, in quaestionem reuocans, tandē existimauit reliquum semissem non serui Domino, vt gloss. fuit opinio, sed substituto tribuendum esse, Vide ne igitur quanta sit in re tam clara varia & ambigua interpretatio? TAMB. quae nam erit ergo potior opinio? CAMP. Equidē esplosa Accursii & aliorum opinione praedictam altercationem nullo alio medio tollerem, quam auctoritate Theophili in §. vlt. instit.

instit.titulo eod.vbi haereditatem ex aequo inter Institutum, siue vis eius Dominum,& substitutum diuidendam esse censet, cui Iustiniani verba congrue respondent in d.§. vlt.ibi in partem admittitur, verbum enim partis, si naturalem eius significationem sequa-
33 mur †,vt fieri debet l. Gallus §. & quid si tantum de lib.& posth. l.vltima C. de his qui ven. aet. imp. dimidiam simpliciter partem significat l.nomen §. portionis ff.de verb.&rer.sig. secundo congruit & ratio,quā intuemur in eiusdem Imperatoris verbis, cum vicissim considerat ab vtraq. parte illorum verborum vim, si haeres non erit, tam in eo, quem scit alieno Iuri subiectum esse, quam in eo, quem patrem familias esse arbitratur; quasi in ambigua quaestione vtriq. parti satisfaciat, vt in simili gloss. communiter solet allegari in l. Nesennius ff. de neg. gest. Non igitur in tot partes, vt scribunt,haereditas scindetur, quod etiam apertissime colligitur ex responso Pomponij in l. Et hoc Tiberius post illud Iuliani in cit.l. si paterfamilias: qui nimo quod alij non contuentur, cōsidero eiusd.Pomponij responsum ex modo et connexione verborum ad antecedentis Iuliani declarationem spectare, solet
34 enim † praecedentia, ex sequentibus declarari l. si seruus plurium §. vlti. ff. de leg. 1. cum sim. & eo magis quando sermo de eadem re continuatur, vt in praedi-
35 ctis responsis. Sed quia † Parthenij serui Caesaris exēplum in medium prolatum est, libeat extra rem propositam pleraq. de eo audire. Pomponius in cit. l. Et hoc, & Imper. noster in d.§.vlt. rescripserunt fuisse Tiberij, Theophilus vero loco cit. Diui Pij, necnon Alciatus lib. primo dispunc.c.2.respondet fuisse Titi: si quis autem plura cupiat intelligere,videat viglium in Com. instit. eod.tit. §.vltimo. Decima quinta quartae
36 species †,ex Aret.& Io. Fabri in loco praeallegato colligitur

ligitur ex l. vltima C. de suis & leg. à quorum collectio ne Henni. bocc. dissentit in c. Raynutius extra de Testam. declarans praedictam legem loqui tantum de quarta Iure Naturae debita, cui Niger hic assentiri vi-
37 detur. Huic succedit decima sexta quartae species † ex l. Antiqui ff. si pars haer. pet. quando Mulieris vte rus plenus est, & dubium sit, quot sint nascituri, frater quartam haereditatis partem interim obtinet. His &
38 decima septima subiici potest, † quam Canonicam partem appellant, cuius notionem breuitatis gratia, cũ ad Ciu. materiã non pertineat reijcio ad c. requisiuisti de Testam. c. dudũ, & c. certificari extra de sepult. Addebat praedictis nouissime Henn. bocc. decimam
39 & octauam quartae speciem, † praestandam filiabus, patre damnato crimine laesae Maiestatis, non item filijs l. Quisquis §. ad filias C. ad l. Iuliam Maiest. in quo id non probari Iac. Niger contendit, inquit enim loqui de legitima iure Naturae debita, sed potius inuidum se, quam aequum reprehensorẽ ostendit. Enim uero si de legitima d. l. Quisquis loqueretur, non esset cur potius filiab. quam filijs deberetur, credendum itaq. est Imperatores muliebris sexus miseratos, quam virilis arg. l. Qui assiduis C. qui pot. in pign. hab. Ita
40 legimus apud veteres durissimum erga Patriam † Coriolanum Mulierum potius occursu ac praecib. quã Senatorum auctoritate permotum. Referrem hic aliam quartam, quam Albericus, referente Pico, iure longobardorum debitam dixit, sed quorsum hanc re ferre, quae à nostro iure nõ sit approbata. Sicut etiam superfluum mihi esse videtur, vigesimam & vltimam annectere, quae iure Municipali deberi solet, vt cum quartam Maritus vxore in matrimonio praedefuncta lucratur, cuius Bar. hic meminit, & audiui Romano statuto, si Mulier sine liberis praedecedat praedictam

quar-

quartam portionem Maritum nancisci. Sed haec Municipalis portio, vt varia est ex Municipum variorum more, sic etiam frustra Nigrum, vt diligentior videretur, hanc inter permanentes legitimas quartas annumerasse. TAMB. Absolutis ijs, nunc de reliquis quartis agendum erit, quae maiorem requirunt indaginem. CAMP. Dicamus itaq. primo, idque hoc loci summatim, de legitima, quando de ea infra vberius disputabimus. Glos. igitur hic, postquam animaduertit hac l. nostra fieri differentiam inter quartam Iure Institutionis, & ex Trebelliano, inquit. Est & Tertia †, quae debetur iurae Naturae, quam glos. putat Picus respexisse ius nouum, quod secundum numerum liberorum modo trientem, modo dimidiam tribuit, vt in Titulo de Trien. & sem. & auct. Nouissima C. de Inof. Testam. vbi Fab. in prima quaest. princ. in fine idem scriptum reliquit, quod antea Bald. in cons. incipiente super primo puncto tradiderat, dicens, quod paria sunt relinquere Tertiam, vel relinquere legitimam, quae tamen iure Digestorum appellatur quarta l. Papinianus §. quarta ff. de Inofficioso Testam. Iac. vero Niger hic respondit, hanc non fuisse glos. intentionem, sed in illis verbis, Tertiam speciem Quartae significare voluisse, quae legitima iure Nat. esset, cum in Tex. nostro de duab. quartis poneretur, cuius opinio mihi magis placet. Etenim glos. legitimam praedictam, quartam appellat in §. sed quia haeredes inst. titulo de fideic. Haer. & glos. in l. filium quem habentem C. Fam. Erc. & glos. in c. Raynutius in verbo Trebellianum ante medium extra de Testam. Quae legitima, Falcia etiam aliquando dicitur, quamuis minus proprie auct. Vnde si parens C. de inof. Testam. iuncta glos. & l. Papinianus §. vnde si parens ff. de inof. testam. Et propterea Niger infert bene dixisse glos. appellando le-

41

do legitimam Falcidiá in d.l. filium qué habenté, licet Nouiss.sen.dixerint, eius dictũ exemplo alicuius legis non probari, quod uere stultissimũ est dicere, cũ ex ll. praeallegatis euidétissime probetur. Et haec hactenus de legitima dixisse sufficiat, quippe inferius videbim⁹ ex quib.rebus deducẽda sit, quomodo dicatur de Iure Naturae, quanta sit, quo titulo sit relinquẽda, quae ve in ipsam debeant imputari. TAMB. Explicata igitur hoc modo legitima, de illa quarta ex Treb. aliquid in mediũ proponere, non erit inconueniens. CAMP. Imo supererat hoc profecto faciendũ, quod nõ modicam requirit diligẽtiá, ac propterea ab initio suae pro

42 mulgationis incipiemus †, Quartae huius ex Treb. quaerẽdo caussam. TAMB. Optimorũ te philosophorũ vestigia sectari euidenter apparet, nã quid aliud est scire, nisi ré per caussam cognoscere? teste philosopho phis. libro primo. Ita enim ab Eccellentissimo praece-

43 ptore meo † Magistro Iuliano Causio Ord.min. Gymnasij Maceratensis splẽdore, edocebar, dũ prima philosophiae praecepta ex eo audiré. CAMP. O te felicẽ q optimo viro Duce nõ solum penetrales philosophiae fontes adiueris, & degustaueris, sed morum elegantiam, vitaeq. Sanctitatem in eo, tamquam in virtutis spectro, contemplari, & imitari potueris: sed ad rem redeamus, Nulli dubium est, hunc verum esse modum

44 veritatis assequendae †, atq. ideo altius legum notionem videmus a Pomponio repetitam l.2.ff.de orig.

45 iur. Sciendum itaq. est omnia fideicommissa † primis téporib. infirma fuisse, quia nemo inuitus id, de quo rogatus erat, praestare cogebatur, ea namq. non aliquo Iuris vinculo, sed pudore tantum eorum, qui erát rogati, continebantur, & hinc fideicommissa dicta sunt, vt refert Iustinianus Instit. titulo de fideic. haere. in princ. At cum Diuo Augusto huiusmodi fideicom-

mittere videretur iustum, & populare esse, aut quia ipse primus semel fuisset rogatus, aut gratia personarum motus, aut quia per ipsius salutem quis rogatus diceretur, aut ob insignem quorundam perfidiã iussit coss. suam interponere auctoritatem. Atq. cum in assiduam traductum esset iurisdictionem, tantus fauor eorum factus est, vt Paulatim proprius Praetor petendis fideicommissis crearetur, qui & fideicommissarius appellabatur. Verumtamen, quia restituta haereditate is quidem, qui rogabatur restituere, nihilominus haeres cum suo periculo permanebat, prout latissime declarat Theophilus instit. titulo eod. Neronis Temporib. Trebellio Max. & Anneo Seneca coss. Se-
46 natus Consultum factum est †, quo cauebatur, vt restituta fideicommissi caussa haereditate, omnes actiones, quae iure Ciuili haeredi, & in haeredem datae essent, ei, & in eum competeret, cui ex fideicõmisso haereditas restituta esset; Quare cum plerumq. aut haereditatem totam, aut pene totam haeredes scripti restituere rogarentur, ob nullum vel minimum lucrum, vt diximus, adire haereditatem recusabant; atq. ob id fideicommissa extinguebantur: Quamobrem Vespasiani Aug. temporib. Pegaso & Pusione coss. Senatus cẽsuit, vt ei, qui haereditatem restituere rogatus esset, perinde liceret quartam partem retinere, atq. ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur, quae retentio inquit Iustinianus, & clarius Theophilus non tantum in immensis fideicommissis vniuersalibus, sed etiam in his per quae singulae res relinquũtur, permissa est; quod enim, addidit Theoph. in immensis leg. est l. Falc. id in immensis fideic. est Senatus consultum Pegasianum. TAUR. Totum hoc, quod recitasti, iam à Iustin. ipso eod. tit. à te cit. de fideic. haer. prolatum fuit. CAMP. Verum est, attamen sub breuiori ac faci-
liori

liori compendio reduxi. TAMB. Summopere mihi placet, sed rogo mihi dicas, vtrũ Pegasiani S. C. dispo-
47 sitio habeat locum hodie nec ne. CAMP. Habet †, sed non sub Pegasiani nomine. TAMB. quomodo igitur? CAMP. Obserua diligenter, dixi non habere locum sub Pegasiani nomine, quia cum Papinianus, stipulationes ex S.C. Pegasiano descẽdẽtes captiosas esse animaduertisset, quae cuiusmodi fuerint apud Theoph. leguntur loco cit. necnon Imperatori nostro idem visum fuisset, §. sed quia inst. de fideic. Haer. omnino explosum esse iussit, omnemq. auctoritatem ex eo in S.C. Treb. transtulit, vt ex ipso fideicommissariae haereditates restituantur, siue habeat haeres ex voluntate Testatoris quartam, siue plus, siue minus, siue nihil penitus; vt tũc quãdo vel nihil, vel minus quarta apud eũ remanet, liceat ei vel quartã, vel quod deest ex Iustiniani auctoritate retinere, vel repetere solutum, quasi ex S.C. Treb. pro rata portione actionib. tam in haeredem, quam in fideicommissarium competentib. Ex quibus omnib. colligere potes, quo iure Ciuitas Romana retro circa fideicommissa fuerit vsa, & qua de caussa quartae ex Treb. detractio concederetur, nempe ne fideicommissa subuerterentur, & fides à Testantib. electa rumperetur. TAMB. Pergratum mihi est hucusq. singillatim de vnaquaq. quarta praeuiam habuisse inspectionem: quare quomodo praedictae omnes ab ipsa Falcidia differant, scire cupio. CAMP. Si respiciamus ordinem superius allatum, illas priores etiã si nomine cum Falcidia in aliquo conuenire possent, nihilominus ratione sunt differentes, vt bene inspicienti patebit. De legitima autem non solum dicemus differre ab ipsa Falcidia, sed etiã à quarta Treb. TAMB. Dicas quaeso ex quo cognoscere possumus legitimae differentiam à praedictis duab. quartis. † CAMP. Ex

imputatione ipsa, namq. in eas imputantur tantū ea, quae ex Testamento capiūtur, in hanc vero legitimā & illa etiam, quae sunt extra Testamenti occasionem vt est Dos l. pater filiam, & Militia vt l. omnimodo §. vlt. C. de inoff. Testam. & similia id generis. TAMB.
48 Quae ratio fuit huius diuersitatis? † CAMP. Tam à Bar. quam ab alijs illa traditur responsio, tum quia Falcidiae & Treb. quartae non capiantur nisi ex Testamē to, ideo solum res per Testamentum accipiendae, de-
49 beāt imputari; secus autem in legitima, † quoniam illa accipitur & competit quomodocumq. iure Naturae & non iure Testamenti: Tum quia eiusmodi Quartae & Falc. & Treb. inuentae fuerunt, vt diximus, ne Testamenta deserantur l. prima §. pen. ff. ad Treb. l. prima hoc tit. Ergo ex eo. Testamento dumtaxat, quae quis accepturus erit, imputabit. TAMB. Contra praedi-
50 cta possem insurgere, dicens huiusmodi quartas † locum etiā habere ab intestato, veluti si in Codicillis legata siue fideicommissa relinquantur, vt inst. titulo de fideic. haer. §. pen. Deinde quia in quartam Treb. imputantur etiam quae ex Testamento minime pendēt, vt pleriq. hic obijciunt, adducentes exemplum de Militia in d. l. Omnimodo §. vlt. Additur quia vers. legis nostrae in fideicommissaria generaliter de omni praeceptione tacita vel expressa loqui videtur. CAMP. Nō sine ratione dubitas, verum quoad primum attinet, re
51 sponderem verbum Testamētum, † supra expressum, latam recipere significationem per Acc. & Doct. in Rub. ff. de leg. 1. adeo vt Codicillos etiam contineat l. 2. §. Quintus C. de vet. iur. enuc. Etenim huiusmodi quartas, licet ab intestato nō fuerint à principio indu-
52 ctae, saltim per extensionem obtinuisse intelligitur † vt haereditas vel ex Codicillis comprehendatur, ne testatoris voluntas penitus desereretur l. conficiuntur ff.

de iur.

de iur. Cod. Ad ſecundum vero falluntur, qui ita ſcribunt, non enim d. l. Omnimodo §. vlt. de quarta ex Treb. loquitur, verum de legitima, vt tam ex Tex. verbis, quam ex Salyceti ſententia in ſummario poſita
53 colligitur. Militia profecto empta, † neq. expreſſe, neq. tacite à teſtamenti cauſſa pendet; Et ita erit legis noſtrae verſiculus, in fideicōmiſſaria, generaliter nulla habita taciti, vel expreſſi ratione intelligendus: propterea quod ſi tacite penderet, dubio procul imputaretur d. l. cum quo §. vlt. hoc titulo noſtro. TAMB. ijs eleganter declaratis, replicationi locus nō datur, quoniam differentia inter legitimam, & praedictas Quartas & Falc. & Treb. apparet quam manifeſta: quare ſi placet, quomodo illa ex treb. differat a Falc. ſcire aueo. CAMP. Antequam ad differentiam accedamus, operae praecium eſſe duxi, prius per ſimilitudines vtriuſq. quartae progredi, quo diſcrimē inde magis appareat. TAMB. hoc mihi fieri poſſe durum eſt credere, namq. quorſum ſimilitudo ad differentiam inueniendam? CAMP. Non ne tui philoſophi dictū memoria tenes
54 cōtraria ſiue oppoſita † iuxta ſe poſita magis eluceſcere? quod etiam habetur per l. vnicam §. & cum Triplici in princ. C. de Cad. Toll. TAMB. Teneo. CAMP. Ne mireris igitur, ſi ante differentiam, conuenientiam agnoſcas, quippe de induſtria quaſdā etiam ſimilitu-
55 dines † in medium proponam, vt poſtea facilius in quo diſtent, dignoſcatur. Et prima ſit ſimilitudo, vnā iure haereditario competere Quartam, aut proueniat ex l. Falcidia, aut ex Treb. vt hac in l. noſtra in quartam & in §. antepen. inſtit. de fideic. Haer. ſecundo vna & ea. cauſſa fuit vtriuſq. quartae detractioni, puta vt teſtantium voluntates, vt diximus, conſeruarentur: ac etiam vt legatarij & fideicommiſſarij relictum ſibi cōſequātur. Accedit q̄a vno & eo. nomine vtraq. Quarta deſigna-



Treb. dicendum? CAMP. nequaquam. TAMB. qua de caussa? CAMP. quoniam in quartam hanc ex Treb. deducendam, omnia legata, fideicommissa, & id generis reliqua imputantur, cum aliqua tamen distinctione, quae educitur ex huius legis versiculo, pro ea vero parte. TAMB. Fateor equidem inter vnam, & aliam magnam inueniri differentiam, ac vt mihi videtur,
60 potius contrarietatem. † CAMP. Facile de vna, in aliá transis opin. non ne succurrit, inter vtramq. quartam superius, quantam fassus fueris esse conformitatem? TAMB. recordor. CAMP. Cur igitur nunc tantam esse contrarietatem suspicaris? TAMB. quia huc tuarũ rationum series me compulit, & eo magis cum supra dixeris, contraria iuxta se posita magis elucescere, ex quo contrarietas vtriusque Quartae demonstratur. CAMP. Vix est, vt mihi persuadeam, te idem, quod dicis, credere: etenim non ignoras me id gratia exẽpli adduxisse potius, quam vt contrarietatem aliquam ostenderem. TAMB. Quomodo differunt ergo si nó
61 sunt contrariae? CAMP. Non est necessarium † ad inueniendá differentiá, contrarietatẽ praeexistere, & do tibi exemplũ, leo, & homo, qui sunt species distinctae, continentur sub vno & eodẽ genere nẽpe Animali, & nihilosecius non sunt contrarij, etiam si rationalitate & irrationalitate differant. Idem penitus de vtraque quarta dicendum est, quae cum sint species distinctae reducũtur tamen sub vno & eo. genere puta Falcidia, vt toto titulo ff. ad Treb. & nihilominus inuicem non aduersantur, sed bene differunt Vniuersalitate, vt ita dicam, & singularitate; quia si contrariae essent, vna alterius quaereret destructionem: teste philosopho dum dicit, contrarium contrario expellitur, & idem argumentari potest ex l. Mutuis ff. pro soc. & l. prima C. de fur. Quamobrem cum firmae remaneant, contrariae

trariae dici non possunt, quanquam differentes, vt diximus. TAMB. Velim nolim in tuam inducis me sententiam. CAMP. Non ego, vt arbitraris, verum ratio ipsa. TAMB. Idē o Clarissime praeceptor, quod Auerroes ille magn9 de aristotile primo Magistro protulit, affirmare possum, nempe te nihil umquam sine forti ratione dicere, quare non mirum si te, & rationem ipsam confuse quodammodo accipiam, quia numquam te sine ratione aliquid proferre intellexi. CAMP. Hoc meum vtiq. esset facere, conor equidem, an vero assequar, iudicent alij. TAMB. Frustra aliorum sententia expectatur, vbi res ipsa loquitur, & nó Itali solum, sed & Transalpini singulare tuum iudicium admirantur. Vnde si aliud declarandū reliquum est, amabo ne dedigneris dilucidare. CAMP. Superest (vt a laudato Adolescētē laudari me permittam, & honorem in honorantem redundare) sed super quib. rebus Huiusmodi Quartae exserçeantur, & à quibus dicere pergē dum est. Verum in eiusmodi explicatione versabimur tantum circa eas Quartas, quas prae manib. habemus, quippe de illis superius enarratis nihil dicam, quia ex ipsarum inspectione satis patebit. In primo igitur capite ita distinguerem, aut loquimur de legitima, aut de quarta ex Falcidia detrahenda, aut ex Treb. si de le-
62 gitima †, dicendum est exserceri super ipsa substantia patris, & ex reb. principalib. eiusdem, vt per scribentes, inter qnos praecipue reperitur Bald. & Imo. per l. scimus §. repletionem C. de Inof. testam. Si de Falc. tunc dicemus exserceri super legatis & Fideic. singularib. & ex his detrahi, vt supra monuimus l. hac nostra cum sim. quod cōmuniter omnes amplectuntur. TAMB. Potest ne super alijs rebus, praeter legata, Falcidia ipsa exserceri? CAMP. potest, quia quamuis Falcidia propter legata tantum inducta fuisset: attamen Diui Se-

ueri

63 ueri constitutione ad Donationes † etiam porrigitur & super ijs exsercetur, vt in l. si mortis caussa C. ad l. Falc. & l. 2. C. de Don. ca. mor. & l. prima ff. Quor. leg. cũ sim. TAME. Qua ratione motus fuit ille Imperator? CAMP. quia ad instar legatorum inductae sunt, vt inst. titulo de Don. & l. vlt. C. de Don. ca. mor. Quinimo etiam in ijs Donationib. quae morte confirmantur, locum habet, vt l. in Donationib. C. eod. tit. nostro Itẽ in mortis caussa capione, vt l. pen. C. eod. & l. cum pater §. primo, & l. cum alienus cum concord. ff. eod. Si vero de Quarta ex Treb. deducenda, necessario fatendum erit ex legatis & fideicommissis vniuersalib. deduci, ac super ijs exerceri Toto Titulo ff. ad Treb. & in hoc omnes concordant. TAME. Imo quod hucusq. dixisti & de Falcidia, & de quarta ex Treb. haud obtinere videtur fine controuersia, namq. in primis, quod Falcidia non detrahatur de fideic. particularib. sed Trebell. te-
64 nuit Petrus de Matas. † in l. filium quem habẽtem C. Fam. Erc. & post Cum. sequuti sunt Senẽs. in Rub. infra ad Treb. primo per l. 2. §. Quintus C. de vet. iur. enuc. quo loci traditur Falcidiam habere locum in legatis, & Trebellianicam in fideicommissis, nec exprimitur vniuersalib. vel particularib. ergo. Secundo mouentur ea ratione, quia Tempore Octauiani secundum ea, quae diximus, inuenta fuit lex Falcidia, quando fideicommissa particularia pro nihilo habebantur Toto tit. inst. de fideic. Haer. quamuis postea Diuus Claudius induxerit fideicommissa ex necessitate praestãda, propterea vim habere caeperint l. 2. §. post deinde ff. de orig. iur. Additur tertio, quod Iustinianus explicuit in vers. ex singulis quoq. reb. quae per fideic. relinq. eadem retentio permissa est, scilicet ex Treb. instit. titulo eod. iuncto §. hoc solum instit. de sing. reb. per fideic. relic. vbi cum referatur ad haeredes, prout

D in prin-

in principio tituli loquitur, Haeredem fideicommisso particulari grauari posse dicitur, vt quantum ad se ex Testamento peruenit, restituat: per l. autẽ Falcidiã vltra dodrantem grauari non item dicendum est. Atq. hinc quartae detractionem ex Fideic. part. faciendam ex Treb. & non ex Falc. manifeste fieri cognoscitur. CAMP. ijs minime refragantib. adhuc opinio cõmunis in suo restat robore, ad primum enim quod attinet ad §. Quintus respondeo intelligendum esse, loqui de vniuersalib. pertinentib. ad Treb. nõ de particularib. Teste Vlpiano in l. prima ad Treb. quod & Iac. Niger subodoratus est. Secundo obiecto ita occurimus, si in memoriam reducas initio l. Falcidiam solum pro legatis particularib. inuentam fuisse, per exaequationẽ postea legatorum fideic. a Diuis Principib. factam d. l. prima ff. de leg. I. & l. 2. C. com. de leg. etiam in fideic. habere locum caepisse, vt explicat Bar. in d. l. prima, & l. Quia autem in vers. si non autem inciderit ff. si quis ommis. cau. Test. ex quib. patet non esse nouũ, legem Falcidiam de legatis loquẽtem, ad fideicommissa illis exaequata, extendi l. Non est nouum cum concor. ff. de legib. Huic respondet quod scripsit Ruinus in rubr. ad Treb. dum expendit ex eo quod legatum accipitur large pro fideicõmisso l. & fideicommissum ff. de leg. 2. ideo lex Falcidia, inquit, loquens in legato non iniuria ad fideicommissa fuit extensa. Non obst. vers. ex singulis quoq. reb. quia loquitur docẽte Ripa de sing. rebus, quae fideicommisso vniuersali comprehendũtur, quod videtur à glos. accepisse in l. 3. C. de Neg. gest. quam hic Ruinus, & Niger approbarunt. Nec facit negocium versic. hoc solum, quia ad haeredes minime refertur, sed ad legatarios & fideicommissarios, qui, vt quantum acceperint ex testamento, restituant, rogari possunt. TAMB. Fateor ex his communem Do-

ctorum

ctorum ſententiam ſatis fulcitam eſſe, quae l. Falcidiae diſpoſitionem in legatis, & fideicommiſſis particularib. verſari demõſtrabat. Verum enimuero quod Trebellianica de legatis vniuerſalib. quemadmodum de fideic. vniuerſalib. deducatur, quo pacto defendi poſſit, neſcio: namq. ſi hoc eſſet, manca fuiſſet lex Falci-
65 dia †. CAMP. quamobrem. TAMB. quia legatis non prouiderit vniuerſalib. prout probari poteſt ex dictis Petri de Mata. in l. filium quem habentem, qui affirmabat promulgatione legis Falcidiae, cohartatã fuiſſe facultatem liberam legandi l. 12. Tab. quae obtinebat in omnib. legatis ſiue particularib. ſiue vniuerſalib. vt ſi quis legaſſet partem haereditatis, vel omnia bona ſua l. verbis legis ff. de verb. & rer. ſig. & l. Mulier ff. ad Treb. cum ſim. Sed lex interpretans, inquit ille, debet intelligi ſecundum legem interpretatam: Teſte Bar. in l. Nihil ff. de coniung. cum eman. lib. Ergo. Cuius opinio poſt Cumanũ adiuuatur a Soc. in Rubr. ff. ad Treb. ex non nullis, primo ex §. ſed ne in primis inſt. de leg. quo loci Imp. expreſſit ſe dicturũ prius de leg. deinde de fideicõmiſſis, nec fecit diſtinctionem an legata eſſent particularia, vel vniuerſalia, poſtea interpoſuit titulum de leg. Falc. & poſt eum, titulum de fideic. vniuerſalib. & particularib. Quare Soc. conſequens eſſe dicit, Imperatorem de legatis tractantem tam de particularib. quam de vniuerſalib. intellexiſſe: cui reſpondit l. 2. §. Quintus C. de vet. iur. enuc. cuius verba, prout ſupra retulimus, generaliter prolata fuerunt: vnde mentionem factam de legatis tam ad legata particularia, quam vniuerſalia ſpectare debere in confeſſum venit. Mouetur inſuper Soc. ex cauſſa promulgationis l. Falcidiae ad fauorem teſtãtis inductae, vt haeredem habeat, inſtit. titulo de leg. Falc. in principio, ſed ait ipſe, ſi ſolum fuiſſet pro legatis particula-

rib. introducta, Falcidiae legis prouisio deludi potuisset facillime, quando aliquis complurib. legatis portiones haereditarias distribuendi facultatem habuisset, vnde id per legata vniuersalia praestitisset, quod incongruum esse latet neminem. Quapropter ex legatis vniuersalib. instar legatorum particularium Falcidiã & non Trebellianicam deducendam esse omnino erit concludendum. CAMP. Non inficior ex legatis vniuersalib. Falcidiam retineri. TAMB. Ergo non Trebellianicam. CAMP. Aduerte quia hoc recipit distinctio
66 nem, ex superiorib. dictis patet, Falcidiam † esse quoddam genus vtriusque Quartae retentionem continẽs, quapropter nõ mirum, si id quod ex Treb. deducitur, ex Falcidia retineri non negauerim, cum nomine Falcidiae tamquam generis, & quarta legatorum & fideicommissorum particularium, & quarta legatorum & fideicommissorum vniuersalium comprehendatur. TAMB. Peto si vis, clarius dicas. CAMP. Attẽde, nãq. aut ista quarta detrahitur ex leg. particularib. & proprie dicitur Falcidia, vt l. prima hoc tit. nostro, & inst. titulo de leg. Falc. per totum. Aut ex fideicommissis vniuersalib. deducitur & ista etiam potest dici Falcidia l. filius familias hoc titulo, l. ita tamen §. Trebellianum ff. ad Treb. & l. Titia hoc titulo. Sed tamen suo particulari nomine dicitur ex Treb. vel vt nostri dicũt Trebellianica l. pater filiam ff. eod. l. prima §. si is qui quadringenta ff. ad Treb. cum concor. & in hoc vnanimiter Doctores conueniunt. Quorum omnium sententiam in d. Rubr. ff. ad Treb. & instit. titulo de fideic. Haer. §. sed quia in vers. ex lege, & in l. mulier §. vlt. ff. ad Treb. positam quadam adhibita distinctione veriorem esse confirmabimus, nimirum ex legatis vniuersalib. ad similitudinẽ fideicommissorum vniuersaliũ ex Treb. non autem ex Falcidia, distinctis speciebus reten-

retentionem fieri. Ceterum more Peripateticorũ inprimis videamus, quib.rationib. alij ſcribentes vtantur ad hãc opinionem com. firmãdam: inter quos fuit Politus in d. l.filium quem habentem, motus ea ratio
67 ne, quia Vlpianus in l. prima ff.ad Treb. † dixerat, explicito Tractatu, qui ad ſingularia pertinet, ergò I. C. voluit Falcidiam reſpicere ſolum ſingularia, id eſt particularia legata & fideicommiſſa. Cuius opinionem impugnat Iac. Niger, dictum Vlpiani retorquendo in contrarium. Verba enim illa ſcilicet, explicito tractatu, qui ad ſingularia pertinet fideicommiſſa habuere reſpectum ad titulum de legatis, in quorum materia tractatur de legato vniuerſali l. ſi is qui ſeruũ §. vlt. l.cum filius §. primo ff.de leg.2.l.qui concubinam §.cũ ita el 2.ff.de leg. 3. & hac de cauſſa poſitam eſſe ibi tractatuum differentiam. Sed haec Iacobi impugnatio nullius eſt momenti, propterea quod ſub illis Vlpiani verbis, explicito tractatu, qui ad ſingularia pertinet fideicommiſſa, veniunt etiam legata, quia ſub fideicommiſſorum appellatione ſine dubio comprehendũtur iurib. vulg. attamen eo modo quo debent. Etenim in interpretatione l. primae ff.de leg. 1. ex communi Doctorum conſenſu diximus, legata particularia exaequata fuiſſe fideicommiſſis particularib. legata vero vniuerſalia fideicommiſſis vniuerſalib. Quamobrem Iureconſultum de fideic. particularib. loquentem, vt ibi nõ poſſumus innuere ſub eorum nomine comprehẽdiſſe niſi illis exaequata, nempe legata particularia. Vnde non obſtant iura per illum de Nigris allegata, quoniam ſi recte perpendamus, cum in eorum iurium caſib. Falcidia & non Trebellianica exſerceatur, non iniuria dicendum erit legata eſſe particularia, & non vniuerſalia ſecundum quoſdam. Vel melius nõ fuiſſe inconueniens in tam vaſto legatorum Pelago perinde ac ra-

rissimae Insulae pleraeq. leges de vniuersalibus legatis, aut fideicommissis appareant, ludit enim hac varietate Natura, quam Auctores in suis operib. non dedecet imitari. Verum quantum attinet ad Nigri opinionem certissimum est, studio contradicendi Polito in rebus nimis claris, reluctantem fuisse lapsum, quando nō solum ex supradictis, sed ex Theoph. post Imp. nostrum euidenter ostendatur, legatorum titulus etiā in ipsis institutionib. ad res particulares referri. Reponam ipsius verba; quae talia sunt. Post Testamentorū doctrinam necesse est dicere de legatis, sed dixerit hic aliquis, eum qui id fecerit, docendi seriem, continentiamq. institutionis, scidisse. Propositum enim erat, ordine disserere de acquisitionib. quae per vniuersitatem fierent; Vnde oportebat eum, qui de haereditate, quae ex testamento defertur, dixisset, orationem suā vertere protinus ad eam, quae ab intestato defertur, & ita deinde per reliqua ad legatum venire, per quod singulae res acquiruntur. hucusq. ille, ex quib. verbis quid clarius haberi potest, quod naturam legatorum circa res singulares versari demonstret? Accedat praeterea ad Politi defensionem id, quod idē auctor Theophilus Inst. titulo de fideic. Haer. scriptum reliquit, quo loci post legatorum tractationem ad fideicómissa transeūdum esse monet, quorum quaedam vniuersalia, quaedam singularia esse dixit: cum supra de legatis loquens, talem non adhibuerit distinctionem. TAMB. Non ne paullo superius dixisti legata particularia fideicommissis particularib. legata vero vniuersalia, fideicommissis vniuersalibus exaequata fuisse? CAMP. Verum est ita dixi. TAMB. Ergo legata vniuersalia praexistebant, alioqui exaequatio fieri nō potuisset, vnde consequens induceretur omnino contrarium opinioni, quam veriorem arbitraris, quia legis Falci-

Falcidiae dispositio etiam in legatis vniuersalib. obti-
68 nuisset †. CAMP. Ad eiusmodi obiecti dissolutionẽ modum exaequationis leg. & fideicommissorum con ciderandum esse dicerem, qui potissime is fuit, vt Natura strictior legatorum, latiori Naturae fideicommissorum exaequaretur, & in aliquib. versa vice: instit. titulo de leg. & l. 2. C. com. de leg. Sed cum ab initio legata essent illa, per quae singulae res acquiruntur, vt praeter alios ex Theoph. colligimus, sequuta postea exaequatione caeperũt esse lagata vniuersalia, quia Naturae vniuersaliori fideicommissorum adheserunt, quorum inquam fideicommissorum quaedam vniuersalia, quaedam singularia esse supra demonstrauimus & propterea non aeque possumus inferre, vt putabas, ex legatis vniuersalib. Falcidiam detrahi vt ex particularib. cum beneficio exaequationis effecta sint vniuersalia, non autem talia fuerint à principio. Illud tamẽ fatendum est, si de Falcidia in specie intelligamus, eã ipsam sibi solum vendicare locum in singulis reb. per legatum vel fideicommissum relictis, ceterum si latiori significatione Falcidiam acceperimus, non dubito quod tam ex legatis vniuersalib. quam ex fideicõmissis parib. deducatur, vt toties diximus. Quib. arrident ea, quae afferunt Politus loco cit. & Ruinus in d. rubr. ad Treb. ponderantes tex. l. primae hoc tit. nostro, legẽ Falcidiam loqui de legatis particularib. non autẽ vniuersalib. dum tex. dicit, quantam pecuniam dare velit ius potestasq. esto etc. quãuis in eos inuehatur idẽ Niger hic, asserens tex. per eos ponderatum nihil facere, quod ibi loquitur etiam de legato vniuersali cum nomẽ pecuniae sit verbum generale, significans haere-
69 ditatem † l. nam quod §. vlt. ff. ad Treb. sed certe nimis audacter, ne dicam temere ille de Nigris motus fuit ad contradicendum. Etenim non inficior nomen pe-

cuniae

cuniae generale esse, nec non haereditatē comprehendere primo capite l. falcidiae prolatum; verum non considerauit primum illud caput fuisse secundo capite restrictum teste Acc. in vers. hac lege, cuius opinionem eo magis sequēdam puto, quod ipsum pecuniae verbum fuerit ibidem coniunctum cum verbo quantam, quod intra quantitatis finitae cancellos restringi certum est: quare constat Nigrum sua nigredine Politi nitorē offuscare nō potuisse. Sed videamus an quod tertio loco Politus in lucem ponit, possit ab eod. nigro obumbrari. Aiebat ille & erudite quidem l. falcidiam non habuisse locum in legatis vniuersalib. vel quod tē-
70 pore † legis falcidiae nondum esset clarum, an posset fieri legatum vniuersale l. mulier §. vlt. ff. ad Treb. ibi legari enim posse, quasi I.C. sentiat nō fuisse expeditū bonorum partem legari posse; vel quod eiusmodi legata vsu non reciperentur l. si quis bonorū ff. de leg. 1. ibi vt hodie fit, cui respondet lex si quis seruum §. vlt. ff. de leg. 2. Quam Politi considerationem vilipendit Niger hic ea ratione, quia ante Vlp. d. l. mulier auctorem sub Alexandro Florentem, explorati iuris erat, partem bonorum siue haereditatis legari posse d. l. si quis seruum §. vlt. de leg. 2. imo eo loci de Adriano fiat mentio, qui ante diutius fuerat. Secundo vrgebat, vt licet tunc temporis non inueniretur eiusmodi legati species, tamen lex falcidia quae loquitur in omnib. legatis, consequenter haberet locum in praedicto lega to l. prima §. lex falcidia supra hoc titulo. Verum quorsum haec quippe quae Politi doctrinam non laedant? Non enim politus dixerat partem bonorū legari posse, fuisse inuentum aut tempore Vlpiani in cit. l. mulier §. vlt. aut Pauli tempore in dictis legib. si quis bonorum de leg. 1, & l. si quis seruum §. vlt. ff. de leg. 2. sed tantum ex ipsorum iurisconsultorum verbis collegit

par-

partem haereditatis, & bonorũ legari ab initio statim vsu nõ fuisse receptum, quamuis post sequutam exaequationem, vt diximus, receptissimum fuerit. & ideo Paulus in d.l. si quis bonorum protulit, si quis bonorũ partem legauerit, vt hodie fit, habent. n. verba illa (vt hodie fit) summum pondus si à contrario sensu interpretemur, & eo magis si coniunctim expendamus in dicta l. mulier §. vlt. verba haec Vlpiani, legari inquit posse etiam portionem haereditatis placęt nobis, verba illa, placet nobis, vehementer Politi consideratione adiuuant: nam si Vlpiano placebat, nondum fuerat ab Adriano decisum: ex quib. quod & secũdo loco niger afferebat, sublatum esse nemo non intelligit. Potest & quarto loco Politi opinio ex his quae Ruinus attulit in d. Rubr. ad Treb. confirmari, perpendens velle l. hãc nostram in Quartam iuncta glos. multa in Treb. imputari, quae in falcidiam non item, ea profecto ratione quoniam in falcidiam solum imputantur, quae iure
71 haereditario capiuntur. † secus in Treb. vt diximus ratione glos. hic communiter approbata; nempe quia in Trebellianica haeres minus grauatur, cum onera diuidantur, & penes haeredem tantum pro quarta parte remaneant, quam rationem inquit identidem militari in legato vniuersali: quando legatarius vniuersalis
72 pro suo legato teneatur ad onera † §. ex singulis reb. inst. de fideic. Haer. & in l. Qui concubinam §. cum ita el. 2. ff. de leg. 3. & in l. cum filius §. primo ff. de leg. 2. Dec. cons. 69. col. 5. ex his affirmans magis in eo obtinere rationem Trebelliani, quam falcidiae, cum in falcidia remaneant in solidum onera penes restituentem. Quae omnia quamuis subtiliter more suo docuerit Ruinus, ei tamen ille non parcit, de quo Poeta sic ait. Niger est, Romane caueto. inquiens male dixis-
23 se Ruinum, quod quando est legatum vniuersale †

partis haereditatis, vel omnium bonorum, vt quia legauit partem haereditatis, vel haereditatem, quae sibi obuenit a Sempronio, id legatum vniuersale dicitur l. cogi §. sed & si miles vers. quamuis ad Treb. Sed si haeres grauaretur partem haereditatis dare, illo casu diceretur fideicommissum Vniuersale ita vt ex Treb. deduci posset, vt inquit docere glos. in l. mulier §. vlt. & Bar. in l. cũ filius §. primo ff. de leg. ij. & his rationib. in Ruinum inuehitur, subdens affirmari non posse quod habeat locum Trebellianica neq. falcidia, quando non esset grauatus vt haeres, quod vltimum vt verum probamus; de quo Paullo infra opportunius & latius agetur. Attamen si respiciamus iura per Ruinum allegata, secundum quae debebit intelligi, vt est com. Bar. locus in l. non solum ff. de lib. leg. profecto dicemus Iacobi impugnationem nihil officere, nanq. Ruinus loquutus fuit secundum terminos §. primi l. cum filius ff. de leg. 2. vt ex eius allegatione patet, quo loci Papinianus dixit onera ad ipsum legatarium transire & ibi Bar. idemq. confirmauit Vlpianus in d. l. cogi §. si quis haeres in illis verbis, cũ placeat illud, quod Papinianus ait ex Trebelliano transire actiones. Sed ideo contrarium videtur respondere in d. §. sed & similes vers. & quamuis, quoniam ibi Testator rogauerat haeredem restituere in haec verba. haereditatem bonaq. quae sibi ab alio obuenerunt, vel quae in aliqua regione habeo, ex quib. verbis manifeste colligitur Testatorem nullam partem vniuersalem suae haereditatis reliquisse, vt fieri solet, cum haereditatis partes habito respectu ad assem seu libram relinquuntur; quo casu minima etiam particula vniuersalis dicitur, & eius actiones transeunt. At vero cum per partes designatas per regiones aut alia descriptione conclusas, vt exemplũ ostendit Vlpiani cum quis haereditatem aliunde sibi obue-

obuenientem vel illius partem, vel bona restituendo reliquit, actiones ex treb. non transeunt, & consequẽter trebellianica deduci non potest, quia huiusmodi relictum non respicit partem assis, sed bona suis cancellis conclusa. Nec obstat quod quis in simili relicto vtatur verbo haereditatis, quia tunc refertur illud verbum ad designandam haereditatem illius extranei defuncti, nõ autem partem suae haereditatis per assem, alioqui sequeretur, quod essent eiusdẽ testatoris duae haereditates, quod est à nostro iure abhorrens: sic in simili solemus appellare eisd. nominib. quae olim alicui rei competebãt, quae amplius postea non ita proprie conueniunt, nisi lato sumpto vocabulo, vt est
74 Dos † Matrimonio soluto, vel Dos promissa ante Matrimonium, vel legata de quib. communiter per Doctores in Rub. ff. Sol. Mat. Est ergo illa haereditas ali-
75 unde obuenta † eo modo relicta, tanquam si relictum esset peculium, vel simile quod generale. Non obst. itaq. §. sed & si quis cum alio supra alleg. quia licet ibi transeant actiones etiam facto relicto similis haereditatis aliunde obuentae, id tamen accidit propter coniunctionem partis vniuersalis haereditatis ipsius testatoris, quae vna cum alia haereditate aliunde obueniente erat restituenda: sic videmus etiam non solũ in vltimis voluntatib. sed & in Contractibus Pactiones haerentes contractib. ab ipsis informari, & vnam eamdemq. qualitatem accipere Bald. & alij in l. Petẽs C. de Pact. Quinẽt & ipsa stipulatio licet firmior sit cae-
76 teris cõtractib. si tamen alijs cohereat, † illorum naturam assumit l. si stipulatus ff. de vsur. l. prima §. bellissime ff. vt leg. nom. cau. l. 2. §. parui ff. de priuileg. Cred. cum alijs multis, quorum Iason & alij Nouiss. comminiscuntur in Rubr. ff. de verb. oblig. quam Deo dante futuro anniuersarij cursus principio explicabimus.

E 2 TAMB.

TAMB. Mirabilis mihi viſa eſt haec quaſi ex cimeriȷs tenebris eruta in lucem per te explicatio, ac ſi Papinianus viueret ſummas puto gratias haberet, ſummas pariter & Vlpianus, qui unico quaſi verborũ complexu inexplicabilem contrarietatem videbantur Poſteris reliquiſſe: Verum adhuc ſcrupulus mihi reſtat, cum enim publice te hanc materiam ex ſuggeſto explicantem audirem, ſi recte memini Bar. opinionem in d. §. ſed & ſimiles fuiſti ſequutus, cum ille in hunc modũ perplexos tex. conciliaret, aiebas enim ex Bar. reiectis gloſ. & aliorum ſolutionib. ni mea me tenuis fallat memoria. In citatis ſupra §. §. haeredem rogatum fuiſſe reſtituere haereditatem teſtatoris totam vel partem & etiam aliam, quae eidem teſtatori obuenerat. In §. vero ſed & ſimiles in verſ. quamuis rogatum fuiſſe reſtituere ſolum aliam haereditatem. CAMP. recte qui-
77 dem recordaris, & haec diligens reminiſcentia † ex aſſiduo quo teneris diſcendi ſtudio & ſumma attentione proficiſcitur, quae memoriam tenaciſſimam reddere ſcribit Ariſt. de Mem. & Rem. Quo factum eſt, vt non leuem ſcrupulum moueris, breuis enim illa Bar. conciliatio noſtrae ſupra poſitae licet non aduerſetur, differt tamen non nihil. Siquidem Bar. dixit in d. §. ſed & ſimiles verſ. quamuis rogatum quem fuiſſe aliã ſolum haereditatem reſtituere, cum tamen in d. §. vt ſupra retulimus non ſolum haereditas aliunde obuenta contineatur, ſed & bona, quae teſtator in aliqua regione haberet: verumtamen laconicus ſcribendi vſus, qui Bar. proprius eſt, eumdem facile excuſat. Accedit praeterea, quod dum in d. verſ. quamuis, dicat ſolum aliam haereditatem &c. non inficiatur, quin alia exempla in eod. §. eſſent, ſed ideo dictione ſolum vtitur ad differentiam eorum, quae ſcripta ſunt in citatis ſupra §. §. vbi vna cum aliena haereditate pars aſſis teſtatoris
relin-

relinqueretur, si igitur alias ex suggesto Bar. ita loquẽtem fuerim sequutus non est quidem mirum, quando legendi cursus ac dicendi feruor prolixiorem declarationem non patiatur. TAMB. Dicas igitur in hac cõtrouersia quid expedite sentias. CAMP. Ego vt dixi cum communi sentio, sed hoc modo distinguerem, enimuero aut legata sunt vniuersalia haereditatis ip-
78 sius testatoris, † quemadmodum habetur ex l. non amplius §. cum bonorũ ff. de leg. 1. quia haereditatis etiã pars legari potest ex l. si quis seruum §. vlt. ff. de leg. 2. & ex d. l. mulier §. vlt. ff. ad treb. & ex his ad similitudinem fideic. vniuersalium ex treb. Quarta deducitur, ea ratione quia omnia iura tam actiue, quã passiue ad ipsum legatarium transeunt d. l. si quis seruum & ita procedit com. Doctorum opinio in praealleg. locis, quam & nos sequimur. Aut sunt legata non ita vniuersalia, sed generalia puta omnium rerum, vel bonorum in aliqua regione existẽtium vt patet ex l. vltima §. primo ff. de leg. 2. & ex his instar legatorum particulariũ teste Bar. in l. Centurio in vers. quid si dixit omnia bona mea ff. de vulg. & pup. ex falc. quarta retinetur. Idẽ penitus dicẽdum erit, si legata vniuersalia alterius vniuersitatis, quae haereditatis testatoris fuerint, vt puta peculij l. prima ff. de pecu leg. vel Mensae Nummulariae vt post Bar. inquit Ripa, seu Mercãtiae vt suo vtar vocabulo l. cum pater §. Mensae ff. de leg. 2. vel Maternae haereditatis l. ita tamẽ §. Trebellianum ff. ad treb. Atq. secundum haec Mates. Cum. Senens. & Quorundam ex nouiss. opinio locum habebit, sed non eo modo vt supra eos dixisse retulimus. TAMB. Non solum rata haec omnia hucusq. à te explicata habeo, sed etiã pergrata. Verum enimuero vehementer aueo scire
79 quib. verbis à fideicommissis legata discernantur. † CAMP. Super hoc variae extant Doctorum opiniones,

nes, nanq. inprimis Imola eius fuit sententiae, vt per verbum lego legatum cōstitueretur, fideicommissum vero per verbum fideicommitto, quod lud. Aluaro in Rubr. ff. de leg. 1. non multum arridet, quinimo dixit impugnari posse facillime, & quidem non immerito vt puta quando testator dixerit lego Titio talem rem, ad cuius praestationem haeredem meum rogatum volo, fideicommissum hoc casu confici nulli dubium est propter verbum additum rogo §. vlt. instit. titulo de sing. reb. per fideic. relict. Nec repugnare ait verbum lego, cuius naturam communem esse tam legatis, quā fideicommissis indubitati iuris est, sed per adiectam verbi rogo demonstrationem, speciem fideicommissi formatam fuisse l. vxorem §. legauerat ff. de leg. 3. Idē putauit iuris esse, si testator dicat, lego titio talem rem, quam habere eum volo l. si adiiciatur ff. pro Soc. Cui congruunt ea, quae scribit Bar. in extrauag. ad reprim. super verbo videbitur: Deinde penitus idem respōdēdum esse voluit, quotiescumq. testator aliquod ex illis verbis, per qnae fideicommissa constituuntur, addiderit, vt docuit Iustinianus d. §. vlt. instit. titulo de sing. reb. &c. Secundo Abbas in c. Raynaldus de testa. numero 26. & Pau. Castr. ff. de leg. 1. putarunt legatū constitui si ad legatarium verba dirigantur, vt lego Sempronio centum, sin autem ad grauatum, vt grauo haeredem meum titio centum restituere, fideicommissum existimari. Contrarium tamen respondit Raf. Com. asserens omnino falsum esse, quod praenominati Doctores opinabantur futurum scilicet fideicōmissum si ad grauatum verba dirigantur, quippe qui mouebatur ex eo, quod si haeres aliquid dare damnaretur, dubio procul tunc verba testatoris ad grauatum diriguntur, & nihilominus legatum intelligitur l. damnas esto ff. de Vsuf. leg. l. Qui ita ff. de Dot. prael. l. si ita

scriptũ §. vlt. de leg. 2. §. sed & tale instit. titulo de leg. l. Praetor cum alijs multis ff. de lib. leg. Confirmatur impugnatio Comẽsis aduersus Pau. & Abb. quod quocumq. verba intendantur, ad haeredem semper referri intelliguntur l. si seruus §. qui Margaritam ff. de leg. 1. quam Bald. in auct. si quando C. de non num. pec. ad hoc multum facere existimauit, Alex. in l. vlt. §. primo ff. si cert. pet. & in l. Acceptis hoc titulo nostro, & in l. stipulatio ista §. si quis ita ff. de verb. oblig. Vnde Comensi disputationem hanc ita determinandam placuit in hunc modum distinguẽti: Aut facultas inquit ipse rem legatã apprehendendi legatario conceditur, aut non conceditur, si conceditur legatum existimabitur, si non conceditur, erunt rursus contemplanda testatoris verba, nam si praeceptiua sint, legatum iudicabitur, sin autem precaria fideicommissum vt probare videntur l. hoc modo, & l. & eo modo ff. de leg. 1. & clarissime §. vlt. instit. de sing. reb. per fideic. relic. Hucusq. Comensis: cuius opinio referente eod. Aluaro non placuit Alex. qui putauit aduersari l. Peto in
20 principio ff. de leg. 2. vbi verbo praeceptiuo peto † fideicommissum constituitur, vt eod. loco Accursium disseruisse dicit. In quorum confirmationem Ruinus addidit non obstare quod Iustinianus scriptum reliquerat in cit. §. vlti. instit. de sing. reb. quia Imperator eo loci non firmauerit verbum peto precarium esse, sed per consuetudinem obtentum fuisse, vt fideicommissum designaret, quod Aluarus non probat, quinimo cõtrarium probari sensit in l. 2. C. com. de leg. quo loci in ead. conditione reponuntur verba rogo, volo, mando, quae tamen precaria esse manifestat Iustin. & & clarius in cit. §. vlt. instit. de sing. reb. per fideic. relic. vbi in connumeratione verborum fideicommissa constituentium primo posuit verbũ peto, quod precarium

carium esse in confessum venit, alioquin ex eo fideicō missum non formaretur, namq. sine precarijs verbis, aut saltem precaria voluntate fideicommissum nunquam intelligitur: De precarijs verbis facit l. si seruus & l. si te donatam C. de fideic. lib. facit quoq. l. libertates ff. de fideic. libert. de precaria autē voluntate probatur in l. si seruus §. qui Margaritā vers. non autem cū seq. ff. de leg. 1. atq. idē sentire videtur Bar. in l. prima de Confirm. Tut. Quapropter Ruini confirmationem nullius esse momēti dicemus, ex eo quod inquit glos. in d. §. vlt. quibuscumq. verbis fideicommissa relinqui posse instit. titulo de leg. in princ. siue directis siue precarijs vt l. omne verbū C. com. de leg. & l. scaeuola ff. ad treb. & ideo mirū non est, si dixerit Imperator in d. §. vlt. in hunc modum, verba autem fideicommissorū haec maxime in vsu habentur peto, rogo, volo, mando fidei tuae committo &c. ponderādum est illud verbū, maxime, perinde ac si dixisset, fideicommissorum verba praecipua haec in vsu habentur: quod adiuuari potest ex responso Iulij Pauli receptarum sententiarū lib. 3. sub titulo de leg. in illis verbis, fideicommittere his verbis possumus, volo, peto, rogo, mādo &c. Vnde quod Ruinus dixerat nullius ponderis apparet. Quin etiam dato & non concesso eid. Ruino, quod verbum Peto sui natura ab origine inflexam significationem non haberet, quod nos cum iustin. negauimus, attamē non ne Ruino compertum fuit fideicommissa ipsa ex necessario quodam vsu, & cōsuetudine fuisse inducta? vt supra cum Imp. & alijs dictum est. Quid ergo impedit, quin ex consuetudine talia pariter verba fideicommissis inseruirent? quamcumq. ab origine naturam haberent. nec enim inconueniens est, vt verba Temporum, morumq. mutatione suam augeant, minuant, mutent, transformentq. naturam; quod peritissime docuit

docuit Diuinus ille Alciatus in Tract. de verb. & rer. sig. in princ. aggerant non nulla Nouiss. in l. Quarta ff. de leg. 1. Verisimile est igitur à principio verbum peto fideicommissis inseruisse, postquam nominatim supra Auctores eisdem illud addicunt: quod si aliter Ruinus cum Alex. contra legum tradita sentiat, id alijs legib. probare deberet l. qui accusare cum ibi Not. C. de eden. Ex alio tamen Aluarus notat Comensem, dicēs eius opinioni non parum repugnare l. titia cum testamento §. primo ff. de leg. 2. vbi concessum est legatario ex se ipso, hoc est auctoritate propria, legatum presumere, & nihilosecius fideicommissum appellatur, ergo. Soc. Raf. excusat, dicens designari illic legatum fideicommissi nomine vt in l. Et fideicommissum ff. de leg. 1. cuius excusationem non recipit Aluarus loco cit. quòd fideicommissi nomine legatum non conti-
81 neatur † in praedicta l. & fideicommissum, sed ex contrario: proinde inquit, non est consequens id, quod legati iure derelinquitur, fideicommissum appellari, sed vice versa. Haec tamen Aluari consideratio prout nimis scrupulosa, ita nimis à vero distat, namq. communiter ab omnib. in d. Rubr. & l. prima de leg. 1. notatur, propter exaequationem legatorum & fideicōmissorum, appellatione vnius comprehendi reliquum: quod euidenter colligitur ex mente Imp. nostri in l. 2. C. com. de leg. in haec verba, & si specialiter legati tantum faciat testator mentionem, hoc & legatum & fideicommissum intelligitur: Et si fidei haeredis vel legatarij aliquid committatur, & hoc legatum esse videatur. Quinimo iuxta Not. ibi à glos. dicendum erit idem fuisse antiquitus per l. primam ff. de leg. 1. & per scribentes eod. loci. Quare non obst. quod Aluarus ipse dicebat manifestarum fuisse errorem socini allegātis d. l. & fideicommissum ratione supra enarrata: cer-

tum si non ita superficietenus animo forsan contradicendi ductus, Soc. excusationem ponderasset, dubio procul defensatam reliquisset. Etenim, non fuit intentio Socini in allegatione illius legis & fideicõmissum, vt scilicet simpliciter probaret, fideicommissi appellatione legatum contineri, quia versa vice videbat legati nomine fideicommissum comprehendi, sed quod dixerat, per interpretationem obtinere ratione exaequationis; nimirum quemadmodum ibi legati nomine fideicommissum continetur, ita ex aduerso fideicommissi appellatione legatum contineri, vt satis supra probatum est: quod Alex. Ias. Ruinus & recentiores opinati sunt verũ esse, per L. Caius, l. a nobis de ann. leg. l. praedia §. pen. de fund. instr. l. Paulo Calimacho §. vlt. l. saepe cum sim. de leg. 3. in quib. vnum idemq. relictum, & fideicommissum & legatum appellatur; ergo confusae apparent eorum appellationes. Vnde Nouissimi illius opinio contemnenda est, qui loco cit. opinabatur nusquam in iure nostro, quod legati iure specialiter relinquitur, fideicommissum appellari. TAMB. Si tibi cordi esset, rei tam controuersae exactã afferre explicationem, libenter audirem. CAMP. Circumscriptis aliorum opinionib. putarem id verum esse, legatum in specie cognosci, si testator praeceptiuis verbis, vel quae alia sunt obligationem directe inducentia, grauatum alloquatur, Idem etiam & si ad honoratum verba dirigantur, qualia sunt relata à Caio in suis institutionib. de leg. 1. & a Theoph. instit. eo. in loco supra cit. & ab Acc. ibidem. fideicommissum vero discerni, quando testator ab haerede, vel legatario, vel quodam alio, quem fideicommittendo grauare possumus, aliquid petat, vel precarijs proprijs verbis, vel precariae virtutis vim & affectum habentib. siue ex consuetudine, siue ex Peritorum interpretatione, vt

ne, vt ex iurib. supra alleg. diligenter perspici potest, siue alio modo ex coniecturis talem esse testatoris animum dignoscatur, arg. eorum quae scribuntur in l. licet ff. de leg. 1. Ad quae potest etiam & illud exemplũ pertinere, quod Aluarus, licet alias diminutus, addidit, videlicet si testator dixerit, luci Titi contentus sis aureis centum. Hic quidẽ nihil est ab haerede expresse petitum, & tamen petitum intelligitur, quoniã negari non potest haeredis fidei commissum videri, vt illos aureos centum Titio praestaret, vt d. §. qui Margaritam vers. non autem, faciunt l. vnum ex familia §. vlt. de leg. 2. l. Quis quis de leg. 3. cũ concordantijs. Quinimo non solum verbo volo, vt dictum est, fideicõmissum constitui potest, sed etiam verbo Iubeo, dũmodo testatoris voluntas, quantũ ad haeredem attinet, precaria intelligatur. TAMB. Fateor Clarissime Campane in hanc me diem vsq. quid de leg. & fideic. dignoscendis explicite sentirem, hesitasse, verum vt sol nocturnas radiando dimouet vmbras, sic omnes ex animo meo tenebras expulisti. Sed posteaquam libenter non minus, quam humaniter meo arbitratu a falcidiae explicatione digressus es, humanius quaeso eo, vnde discessimus, reuertaris. Attamen inprimis, eam, quae nunc mihi succurrit dubietas, vt soles, facile dilue. Vtrum
82 scilicet, † eiusmodi Quartae & falcidiae & Trebelliani dicendae sint legatorum & fideicommissorum Quartae, an uero Haereditatis. CAMP. Haereditatis, ut ostendit lex nostra ibi in Quartam haereditatis, & l. prima §. primo supra eod. in illis verbis, ne minus quã quartam partem haereditatis. TAMB. Ex haereditate igitur, non ex legatis vel fideicommissis, vt supra firmasti, retinendae erunt. CAMP. inficiari non possum, quin ex haereditate retineantur, attamẽ cum plerũq. haereditates legatis pene exhaustae inuenirentur, ac

in totum per partes restitui deberent, non immerito ex legatis, vel fideicommissis deduci dicuntur; quamuis quartae haereditatis existát: si vniuersum haereditatis corpus intueamur, vnde praedicta omnia emanant. TAMB. Subtilis haec tua est explicatio, sed non mihi videtur ex omni parte tuta, nanq. fateor Quartā ex falcidia vere haereditatis quartam appellari, & esse quemadmodum clarissimis rationib. demonstrasti: sed quomodo idem de quarta ex treb. dicendum sit, adhuc mihi dubium est: cum omnes hic cōmuniter Doctores non esse haereditatis Quartam concludant. CAMP. Scriptores, vt ais, ita sentiunt, verumtamen quod dixi aptius quartae ex treb. conuenire putarem, quam falcidiae, quandoquidem quarta ex treb. cum onere retinetur, nō deducto aere alieno §. sed quia stipulationes inst. de fideic. Haer. quod & supra monuimus. Illa vero ex falc. sine onere consideratur, puta deducto aere alieno §. vlt. instit. de leg. falc. Atq. hinc illam ex treb. retentionem [illegible] haereditatis quartam nō abre dici posse, contra communem opinionem firmarē, hocq. euidentissime probatur in l. ita tamen §. trebellianum ff. ad treb. dum Iulianus inquit, partem quartā Meuianae haereditatis, in §. sed & si certa Instit. de fideic. Haer. & in l. prima C. ad treb. ibi Quartam partem haereditatis. TAMB. Huic tuae pulcherrimae opinioni, non leue mihi negotium facit l. ipsa nostra quae dum loquitur de falcidia in principio explicat, in quartam haereditatis, quam per l. falcidiam haeres habere debet &c. At in vers. Sed in fideicommissaria haereditate restituenda, tantum Quarta nominatur sine haereditatis additione. Ergo cum ea in parte I. C. non expresserit de haereditate, videtur, quasi de ea nō intellexerit, ipsius repetitionem de industria ommisisse arg. l. commodissime cum alijs de lib. & posth. & eo

magis

magis cum ab vno ad alium casum traducatur sermo. CAMP. Non contemnenda tua haec est obiectio, nã vt insignis est differentiae ratio inter falc. & treb. quod altera ex vniuersalib. altera ex particularib. relictis deducitur, altera cum onere, altera sine onere remanet, ab eo altera detrahitur, qui amplius vniuersalis haeres non remanet, altera ab eo, qui semper haeres existit, & aliae complures differentiae sunt, quarum supra late meminimus. Potuerunt ea omnia anzam non leuem praebere, vt falcidia haereditatis a iureconsulto in hac l. aperte diceretur, vt subtiliter ponderasti. De quarta vero loquens treb. haereditatis non dixerit, quasi non ita tale illi nomen conueniret; sed legatorum potius aut fideicommissorum vniuersalium: ex quib. deduci totiens scriptum est. Verum animaduertendum est, repetitam videri dictionem illam haereditatis antepositam, etiam cum de quarta treb. loqueretur, arg. eorum, quae scribunt Doctores in l. licet ff. de leg. 1. nec inconueniens est, vt sequentia à praecedentib. declarentur, & ex contrario l. Nam & posteriores cũ sim. ff. de ll. praesertim quando iureconsulti breuitatis studio delectati repetitionis nauseã effugientes, quae semel dixerunt, subintelligi facile putant. Accedit insuper quod si omissum casum tractaremus, vel ommissũ esse negaremus, postquam à coniunctis praecedentib. declarari potest l. si seruus plurium §. vlt. de leg. 1. l. talis scriptura eod. titulo, vel etiam si fateremur, attamẽ quia ead. ratio haereditaria militat in vtraq. quartã; ideo eodem haereditatis nomine vtraq. cẽsenda esset. arg. eorum, quae late scribunt Doctores in l. Gallus §. & quid si tantum de lib. & posth. Nec obst. obiectio ex legis huius verbis per te adducta, nam dum I. C. in in haec verba loquitur. In quartam haereditatis, quã per l. Falcidiam, &c. ponderandum est illud relatiuũ,

quam

83 quam, † cuius est natura generalia verba restringere l. ea tamen adiectio ff. de leg. 3. Quo fit, vt si restrictum genus consideremus, aliam haereditatis quartam inueniri fateamur, quippe quae alia esse non potest, quã quae ex treb. cuius mentio est in vers. Sed in fideicommissaria & instit. de fideic. Haer. §. sed quia si haeredes. Non obst. quod ab vno ad alium casum sermo conuertatur puta de falcidia in trebellianicam, quoniam non id respectu Quartae haereditatis, quasi in origine haereditarij fontis essent differẽtes, sed quia alia esset falc. quartae imputatio, alia quae ex treb. inducitur, vt infra opportunius dicemus. Illud tamẽ animaduertendum est, cum diximus vtramq. Quartam haereditatis esse, non hoc intelligere, vt ab vniuersa semper haereditate detrahenda sit, quid enim si duo fuerint haeredes instituti? Quorũ alter maiori fuerit legatorũ, seu fideicommissorum onere praegauatus, minori alter, cui etiam praestitis legatis non suae tantum partis, verum etiam habito ad vniuersam haereditatẽ respectu, integer semis, seu quadrans remanebat, alteri vero magis grauato restitutione facta parum, aut nihil reliquum futurum esset: numquid huic erit detractio deneganda, quod Cohaeredi saluus quadrans esset, & consequẽter totius haereditatis quarta? Scripsit Theophilus instit. titulo de lege falc. §. quidam igitur, Iustiniano placuisse suae quemq. partis, ex qua haeres scriptus esset, quartã retinere posse. Neq. ideo ergo, quòd seius integrum semissem, aut quadrantem habeat, impedimento id erit Titio, quominus quartam partẽ suae institutionis retineat. Singulos enim haeredes, quartam partem institutionis suae habere oportet.

TAMB. Recte omnia vt optabam, solum si recte memini ex propositis reliquum est, vt intelligam à quib.

84 personis † eiusmodi quartae detractio soleat exerceri.

CAMP.

CAMP. Aequum est, vt ordinem propositum absoluens, de personis pauca subijciamus, qua in re imitabimur summum rerum omnium opificem, qui Mundi Machinam admirabilem prius perfecit, quam innumerabilium rerum in ea contentarum, personas quasi Dominos in possessionem induceret; fateor tamen altam nimis similitudinem ad hanc modicam tractationem imitando accomodasse, sed certe non incongruam; siquidem vt hominib. vti dominis omnia in Terris creata benignissimus Deus subiecit, ita legis latores Haeredib. ipsis, qui vocabuli potestate perspecta Domini dicuntur, vt late per Doctores in l. prima ff. si cert. pet. expressim in l. Item quod Mela, alias in l. Celsus §. legis Aquiliae ff. ad l. Aquil. potestatem vel ex particularib. reb. vel ex vniuersalib. vt distinctius dicemus eiusmodi Quartam detrahendi praebuerunt. TAMB. Ergo alij, qui nomine haeredis non censeantur, detrahendi facultatem non habent? CAMP. Ne utiquam. TAMB. Cur nam quaeso? CAMP. Quia vt supra diximus, onerib. haereditarijs praeter quam Haeredes alij non implicantur, & ideo eiusmodi detractionis beneficio non vtuntur, nec enim legatarius sublegatario, nec fideicommissarius subfideicommissario detrahit, sed oportet quo detrahere possint, vt tanquam haeredes grauentur, vt est mirabilis ille Tex. in l. Mulier §. vlt. ff. ad treb. facit lex falcidia supra eo. & l. Acceptis infra ibi cui haereditas relicta est. Hactenus puto nisi aliud restet, pollicita praelegomena fuisse expedita. TAMB. Explicata quidem sunt ex animi mei sententia, atq. ex his vt summam caepi voluptatē, ita & non modicam huius legis preeuntem quasi cognitionem, licet in confuso mihi videor assequutus. CAMP. Non mirum id tibi accidisse, quando multo antea in primeuo Adolescentiae tuae flore, quam legum

gum ſcientiae animum appelleres, philoſophiae ſtudijs initiatus philoſophorum Principem audiſti dicen
85 tem, primũ † nobis dilucida, ac manifeſta confuſa magis eſſe. TAMB. Audiui. CAMP. Non abre igitur fuit à principio vniuerſalia proponere, ipſaq. generaliter explicare, quod & Imperator noſter obſeruauit in §. his igitur inſtit. de Iuſti. & iur. TAMB. Laudo ordinem docendi, ceterum magnam mouiſti quaeſtionem, adhuc apud philoſophos controuerſam, cuius, ſi breuitatis ſtudium pateretur, ſi inſtitutus alia de re ſermo non eſſet, pulcherrima futura eſſet diſceptatio. CAMP. Niſi praedictam philoſ. ſententiam ſecundũ ordinem doctrinae, quem propoſuimus, ſequuturiq. ſumus, intelligamus; de ea non immerito dubitatio caderet. TAMB. amabo demonſtra, niſi digreſſio diſpliceat, quomodo, quae dicis, intelligas. CAMP. Meum eſt ſatisfacere, quamuis forſan contra nos illius Artis profeſſores inclamabũt, eorũ partes eſſe de ijs diſſerere. Noſtri vero toruis oculis nos aſpicientes ſuſſurabunt, praeſertim qui vix legum principijs tincti ſunt, eiuſmodi tractationem legum profeſſoribus non conuenire: cum nec ijs aequum eſſe videatur, legum Peritis latine loqui, vel ſcribere permittendum, Quibus de rebus toties in me iniquiſſima maledicta, & conuitia cariſſime Tamberlanes ſumma tua cum indignatione audiſti. TAMB. Audiui quidẽ & ſtomacatus ſum; videns ſacratiſsimam legum ſcientiam, à prudẽtiſſimis viris omnium bonarum artium excellenti peritia inſtructiſſimis, fuiſſe elegantiſsimo, proprioq. ſermone
86 euulgatam; ab ijs publice doceri, † qui quod proferũt forſan non intelligant, & quib. verbis explicent, non inueniunt: putantes Triumphalem promereri Coronam ſi legum centones, ſi ſcribentium verſiculos accumulent, ſi notiſſimam iuris regulam confirment. Damnant

nant siquidem & in te, & in alijs viris Clarissimis, si qui praeterea sint, ea, quae ipsi assequi non possint; cecutiẽtesq. illos imitantur, qui solis fulgorem damnant, quia in ipsum oculorum aciem intendere instar Aquilae non possunt. Damnarunt iniqui paucos ante annos Alciati scripta. Nebulones damnãt hodie amicissimi tui Cuiaccij perfectissimas legũ interpretationes. CAMP. Age ne tempestatis nostrae miserias deploremus, nã si de hac re plura fiant, vel acrius Crabrones excitabimus, vel nullum legentibus fructum afferemus; si quidem si qualis esse iuris Peritus debeat, ad suam veram immaginem depingamus, talem describemus: vt eo peruenire posse (is est male iuuenes in disciplinis instituendi abusus inualescens) aliquis sperare possit. TAMB. Sperandum tamen est, vt tempus veritatis pater meliorem aliqua die ad hanc adipiscendam scientiam viam monstret. Sed perge philosophi sententiã incidenter supra propositam explicando persequi. CAMP. Scias nostrum fuisse propositum, vt optabas, celebrem hanc legẽ In Quartam e vestigio explicare,
87 verum quia non nulla † secundum prius & posterius, vt aiunt illi, se se offerebant consideranda, veluti magis vniuersalia, quam ea, quae in legis contextu continentur; praemittenda duxi: vt Zimara & Alij dicere consueuerunt secundum ordinem doctrinae, cuius descriptionem hanc traduat; [illegible]e habitudinem & essentialem dependentiam in scibilibus scientiae secundũ prius, & posterius vt considerationi subijciuntur: & talem esse vt a remotiorib. & vniuersaliorib. procedamus. & vt illorum Princeps ait, ex vniuersalib. ad singularia. vt Phis. lib. primo in princip. quibus & Imperatoris nostri locus supra citatus respondet. Quare nõ ab re fuit, vti generalem ac veluti vniuersalem ad hãc legem ordinem praeponere. Nunc diligentius & exa-

 ctius

ctius persequentes quominus magis ad intimam interpretationem accedere. TAMB. Iucunde hactenus te philosophi officio fungentem audiui, iucundissime partes I. C. proximius exigentem audiam; & eo iucundius, si quem ordinem explicandi sis seruaturus, quasi praeuio indice significaueris. CAMP. Ordo secundum quem progrediar, in hunc se habebit modũ, primo tex. in suas diuidam partes, deinde facti speciem, prout inciderit, ponam, ipsius etiam speciei caussam inuestigabo: postremo conclusiones colligi dignas diligenter colligam, easq. vt I.C. visum fuerit, amplioribus vel restrictiorib. cõcludã terminis. TAMB. Nil aliud facies? CAMP. nil aliud. TAMB. relinques notabilia? CAMP. relinquam, quia in ipsis conclusionibus facile concludentur. TAMB. Vteris ne Bar. & aliorum oppositionibus. CAMP. Vtar quidem, sed non sub oppositionum nomine. TAMB. quomodo igitur? CAMP. per similitudinem vel per declarationem, quoniam quidem illae leges, ex quibus nostri
88 formãt suas oppositiones, † vel sunt similes huius nostrae l. decisionib. vel cum diuersam facti speciem habeant, declarationem recipiunt teste Iustiniano ipso, qui in Proemio Pandectarum dixit, omnem contrarietatem, qua leges ad inuicem aduersari possent, fuisse explosam, Idemq. Proemio inst. tetigit. TAMB. Non poterunt ergo dici oppositiones. CAMP. non poterunt certe, propterea quia oppositiones & contrarietates, vt inquit Philosophus, habeat fieri circa idem subiectum, puta circa eamdem facti speciem: verum nullam in iure diuersam inuenies speciem, cui diuersa non sit data decisio, nulla inuenietur eadem, quin eodem decidatur modo: Atqui hoc manifestissime probatur ex solutionib. hic a Doctoribus ad oppositiones dissoluendas allatis, quae quidem solutiones, aut similes

similes nostri tex. decisionibus sunt, aut dissimiles, quemadmodum infra latius apparebit. Enimuero si similes nullo modo erunt oppositae, quia ead. Species vbiq. si dissimiles neq. etiam opponi recte dicentur, quoniam cum diuersa sit species, diuersam necessario requirit decisionem, vt diximus: quare cũ eorum oppositiones circa idem subiectum, vel circa eamdem facti speciem nõ militent; sed potius circa diuersa vel similia, nescio quo pacto oppositionum nomen meruerunt. TAMB. Tua haec ratio cum luce meridiana clarior sit, haud negari potest, verum quomodo Doctores nostros praesertim veteres defendemus, qui cõmuniter omnes eum stylũ sequuti sunt? CAMP. pro Nunc eorum subire defensionem neq. volo, neq. possum, video enim potius com. amplexatos fuisse abusũ. TAMB. liceat ergo nobis ab illis in hoc genere non iniuria abhorrere, & conuenientius similes, aut dissimiles decisiones ordinatim magis digerere, & quae vna pene sunt in vnũ cõgerere. Sed redeamus vnde discessimus, Glossarum interpretationem num quid Nouiss. more, ac ordine persequeris? an potius omnittes? CAMP. ne idem semel ac iterum repetamus, vt res postulabit, pleraq. ommittam, non nulla in medium proponam. TAMB. Nihil mali affert repetitio. CAMP affert nauseam, & quandoq. confusionem cum idem diuersis verbis, diuersaq. ratione repeti contingit; & plerumq. cuiusdam extraneae quaestionis occasio inde sumatur. TAMB. Progredere igitur, vt magis libet. CAMP. Postquam multo ante mihi persuasi, quod tibi congruũ visum fuerit, & si alij non probent, id accidat, quia quod deceat, non intelligant: reuertens ad ordinem institutum, Tex. in tres diuido partes principales, secunda est ibi, sed in fideicommissaria, quae in quattuor subdiuiditur particulas, secunda ibi, pro ea

vero parte, Tertia ibi sed & si accepta pecunia, quarta ibi, sed & quod implendae. Tertia principalis ibi, si quid vero. Omisso itaq. summario, cum per Bar. hic, & alios multos, vt varium cuiq. est ingenium colligatur, primae partis speciem referam: † ceterum quo facilius intelligas, redige in memoriam falcidium induxisse, ne plus quam haereditatis dodrans testamento legari possit d. l. prima hoc titulo coarctando facultatem illam amplam legandi per l. 12. Tab. datam d. l. verbis legis ff. de verb. & rer. sig. atqui quicquid praeter dodrantem supererat, ad haeredem iure haereditario pertinebat; & propterea legata, praeceptiones, & data conditionis implendae caussa in falc. nõ imputantur. Martianus vero cum suo tempore forsan dubitari cõtingeret, falcidij decisionẽ in haec verba reposuit. In quartam haereditatis, quam per l. falcidiam haeres habere debet, imputantur res, quas iure haereditario capit, non quas iure legati, vel fideicommissi, vel implẽdae conditionis caussa accipit. Ratio dubitandi poterat esse eiusmodi, quia cum haereditatis Quarta ex intentione l. falcidiae induceretur, ne testantium mẽtes, si nullum vel modicum lucrũ haeres perciperet, desererẽtur; nihil referre videbatur, quomodo quarta penes haeredem remaneret, dummodo commodum hoc vel ex haereditate, vel legati nomine, vel alio titulo consequeretur. Attamen contrariũ vt audisti, decisum est. TAMB. Audiui, & rationem dubitandi verissimam puto excogitatam: attente modo audiam, quae fuerit ratio definiendi. CAMP. Meliorem video afferri non posse, quam ipse I. C. affert, nẽpe quia eiusmodi Quarta deducenda haereditatis esse debeat, dũ dicit in quartam haereditatis, & Paulus supra eodem in l. prima capite secundo in illis verbis, ne minus quam partem quartã haereditatis, & in hoc omnes post glos.

89

ptores communiter conueniunt. TAMB. Fateor istã quartam detrahendam haereditatis quartam esse, sed quorsum hoc? CAMP. vt animaduertas, in falcidiae detractionem non nisi quae haereditatis sunt, & quae iure haereditario accipiũtur imputari. TAMB. Quicquid de eiusmodi detractione adhuc animo comprehendere non poteram, impresentiarum satis bene assequutus sum. Verumtamen quomodo arduae dubitãdi rationi respondebimus? CAMP. non ne succurrit alias dixisse, dum imputationem diuersam vni atq. alteri quartae assignaremus, quod ob onerum differentiam, differens quoq. imputatio accepta est? Sed ne inanis tua sit noua haec interrogatio, illam addo rationẽ, si in falcidiam legatum haeredi factum imputaretur, sequeretur, vt haeres sibi ipsi detraheret, quod ex testantis mente esse non creditur, sicut nec à lege dispositum est, quae verisimilem semper testatoris voluntatem consectatur l. generaliter C. de instit. & subst. & l. Haeredes mei §. cũ ita ff. ad treb. & magis haeredi, de quocumq. commodo ipsius agatur, quam aut legatarijs, aut fideicõmissarijs, fauet. Vnde facilius alijs detrahit, quam sibi, ac proinde non mirum est, si commoda sibi à testatore relicta non imputet in falcidiam, sed solum ea, quae haereditatis iure percipit, vt iureconsultus ait. TAMB. Gaudeo inanem meam non extitisse interrogationem: siquidem non solum eorũ, quae ante diximus, reminisci contigit, sed & nouam rationẽ iucundissime percaepi, perge itaq. humaniter reliqua tradere. CAMP. Eligamus igitur ex iam dictis conclusiones, quae nobis sese offerunt potiores, prima sit
90 illa † Quae iure haereditario accipiuntur, omnia in quartam falc. imputantur: & antequam ad alia transeamus, quibus haec proposita conclusio contineatur terminis, videamus. TAMB. recte quidem, nam ingen-

E iii tem,

tem, vt alias publice audiui, molem es peruoluturus. CAMP. leue quodcumq. erit in tui gratiam onus, & eo magis, quod facilis docendi modus hoc ipsũ postulat, diligenter modo obserua, quia complures concordantias huius nostrae conclusionis ex complurib. legib. accipies, simulq. dubiorum decisiones. Conuertas igi
91 tur primum te ad Scaeuolam in l. si dignum, † vbi illa quinq. pro pretio accepta iure haereditario accipi dicuntur; simulq. Iulianum in l. qui fundum hoc tit. vbi
92 quinquaginta illa pro pretio accepta, † iure etiã haereditario accipi creduntur: vnde quoties detractionẽ opus esset, in Quartam imputarentur, vt hic omnes Doctores cõcludũt. TAMB. Haec si recte animaduerti, quae pro confirmatione dictae cõclusionis proponis, infra directo huius legis verbis aduersari videntur; cũ data in vim conditionis non imputari aperte Martianus scribat, & illa quinquaginta, & illa quinq. eod. modo sub conditione data dici possint; proinde in quartam imputari non deberent: hac enim conditione illa praedia venduntur, si quinquaginta & quinq. dabuntur. CAMP. Verba abs te non inelegãter composita, quoddam conditionis simulacrum praeseferũt, sed vera conditionis imago nõ est, propterea quod nõ in vim conditionis, vt nostri dicunt, sed in vim pretij,
93 vt supra recitaui, datae sunt illae pecuniae: & pretiũ † loco rei haereditariae succedit, l. sed & si lege §. primo ff. de Pet. haer. iuncta l. si rem & pretium eod. tit. cum ibi Not. & in l. Imperator ff. de leg. 2. Bar. in l. prima ff. Sol. Mat. Doctores in l. Mater C. de rei vend. Addi etiam potest Iuliani ipsius responsum in l. qui fundũ in illis verbis, non est existimandus amplius, quã quinquaginta legasse; ex quo infertur alia quinquaginta haeredi superesse, cum pretium loco rei succedat: Nos autem supra quidquid haeredi superesset, ac penes ipsum

ſum remanſiſſet, iure haereditario totum accipere cõcluſimus: Ergo non perperam diximus pretiorũ quãtitates falcidiae imputandas. Hinc Franc. Ripa hic numero 57. facit illationem ad ſtatutum, quo caueretur, vt de eo, quod legati nomine, aut cauſſa conditionis implendae daretur, gabella ſoluatur, non eſſe ad id re
94 ferendum, † quod pretij nomine datur. TAMB. Concede parumper, equidem dubia mihi haec Franc. Ripae videtur illatio, quia dum ponderares Iuliani verba, illa quinquaginta, legata ab eodẽ auctore dici animaduertiſti, ac propterea non obſtante pretij nomine, diſpoſitione illius ſtatuti comprehendi crederem. CAMP. Pulchra Ripae illatio, ſed pulchrior tua dubitatio, At pro dilucidatione dicerem, verba illa reſpectu legatarij, qui vere legatum accipiebat, prolata fuiſſe; & non reſpectu haeredis, qui non legatum, ſed pretium capiebat. TAMB. Pollicitus es dilucidationem, & loco eius, contra ipſius tex. verba, tuum dirigis ſermonem. Enimuero verba I. C. eiuſmodi ſunt, teſtator grauauerat haeredem, vt fundum titio quinquaginta
95 venderet, venditio ergo, & non legatũ erit. † CAMP. Tuo hucuſq. intellectu interpretationem, quam dedi pro dilucidatione, minime conſequutus es: explicaui reſpectu legatarij ſine dubio legatum vocari, reſpectu autem haeredis non item. Verumtamen clarius demonſtrabo, teſtator haeredi ſuo fundũ reliquerat, qui valoris centum erat, grauauitq. haeredem, vt eũ fundum titio quinquaginta venderet; non ne vides, de centum, quinquaginta tantum ſolui? alia autem quinquaginta quomodo recipit is, cui debet vendi fundus, iure venditionis, vel emptionis, vel quomodo? Etenim nullo alio iure niſi legati, vt poſterius ipſemet I. C. expreſſit in illis verbis, nõ eſt exiſtimandus amplius quam quinquaginta legaſſe, nempe illa alia,

huius responsi verbis quomodo sint intelligenda ve-
97 hementer dubito, † & moueor primo hac ratione, iure haereditario accipi, & conditionis explendae gratia dari differunt, l. hac nostra in princ. & in vers. si quid vero, & in principio citatae l. id autem, cum sim. ergo si conditionis explendae caussa dabitur, iure haereditario nõ accipietur; & proinde non imputabitur. secundo rationem praedictam augeo in hũc modum, peculium à statu libero legatum videri, videlicet ex eo, quod ex peculio testator eũ iusserat nummos haeredi inferre, l. Deniq. §. interdum ff. de pecu leg. quae res efficit, vt non iure haereditario. CAMP. peculiares nummos pro parte nempe haeredis iure haereditario accipi explicaui, quemadmodum ipsemet I.C. diffinit in illis verbis, quia pro ea parte nõ mortis caussa capere, sed haereditario iure eos habere intelligitur; & eos pro sua parte quadranti imputare debet: pro alia vero parte non item. quia non haereditario iure, sed quodãmodo iure legati accipit, vt diximus supra, & infra dicemus in vers. pro ea vero parte. Nec obstat quod iure haereditario accipi, & conditionis explendae gratia differant, imo in vno eodemq. subiecto, tãquam in imputatione contraria, videantur non posse cadere; namq. fateor respectu eiusdem non posse, ce-
98 terum idem, † vt inquit philosophus, diuersimode sumptum, hoc est diuersis respectibus, diuersas recipere interpretationes non est inconueniens: vt est in l. 2. vbi glos. in verbo manumitti ff. de off. procons. puta illi peculiares nummi diuerso modo sumpti, id est respectu, & pro parte haeredis, dicuntur capi haereditario iure, respectu vero, & pro parte statuliberi conditionis explendae caussa dantur. Nec obst. quod peculium censeatur legatum, quia non acquiritur statu
99 libero prius quam conditio existat † l. conditionum,

&l. si his ff.de Cond. & Dem. ergo quod implendae conditionis caussa datur ex peculio, in haereditate inuenitur: quare nō mirum si pro parte iure haereditario capitur, & in Quartam imputatur. TAMB. At adhuc aliquis in re tā valde dubia mihi reliquus est scrupulus, quare legislatores statuerunt; vt hoc ipsum a statu libero caussa conditionis implēdae de nummis peculiarib. legatum, partim haereditario iure, partim
100 iure legati censeatur. † CAMP. scrupulus certe non est hic pusillus, & saxi sisiphi non impar; quod ex eo clarius intelligitur, postquam vlixis more aratrum suspendētis, suas ad dictam l. Id autē suspendūt scriptitantes manum & calamos: & risu abstinere non possum, cum ibi Viuianum videam tacentem, & in faci-
101 lib. prolixos illos suos casus subfarciētem. † Ne igitur in re difficili destituaris, existimo in hac iuris scrupulositate mediam quamdam Iurisperitos eligisse modē
102 rationē, † vt supra de Parthenij serui legato diximus; pugnabat enim quod mouisti, vt si conditionis caussa haeres nummos peculiares acciperet, inspecto iuris rigore, nullo modo dici posset iure haereditario accipere. Pugnabat ex aduerso alius rigor, vt si iure haereditario acceptio caderet, nihil cōmune haberet cum datione caussa conditionis implendae: quae inter legatorum species cōnumeratur, & eorumdē effectus habet, licet non numquam Paullo dissimiles. pugnabat pariter vt subtiliter mouisti ex altera parte, quod dicti nummi peculiares pro implenda conditione seruire non possunt, quoniam & seruus & nummi nōdum adepta libertate haeredis essent; ex altera vero parte vrgebat, quod testator ita fieri mandabat: quare vt vtrisq. iuris subtilitatib. & repugnantijs satisfieret, res prudenter temperari visa est, vt intelligatur partim iure haereditario, partim conditionis implēdae caussa

acci-

accipere, & ideo partim imputet, partim non imputet, vt toties diximus. Quib. cōuenit & decisio verſ. noſtrae legis, pro eà vero parte, quae ſubtilem imputationis diuiſionem immiſcet, & mixtionem diuidit; & vna eademq. res partim imputetur, partim neutiquā. TAMB. Solutio illa gloſ. in l. noſtra, in verbo conditionis, poteſt ne ſuſtineri, quando dicit ſpeciale eſſe in caſu d.l. id autem? CAMP. ſuſtineri non poſſet, ſi ita loqueretur Acc. vt Doctores illi falſo aſtruunt, illa profecto communi ratione, quia exceptio debet eſſe de regula per l. Nam quod liquide §. interdum ff. de pen. leg. quod hoc loci non contingit, quando nummi pe-
103 culiares haereditarij ſunt, † & haereditario iure, vt exprimitur in alleg. l. id autem, capiantur. Sed ſi verba Acc. ſecundum ſuam intentionem explicentur, communē hanc notam in ipſos reprehenſores reiciemus, qui parum accurate, ne dicam inique Accurſij mentē ſunt interpretati: ait enim ille ad uerbum cōditionis, conditionis implendae cauſſa data minime imputari; alleg. pro concor. l. id autem: ſubdit tamen niſi vt ibi. quaſi diceret, declara vt ibi dicitur in peculiarib. nūmis dandis cauſſa cōditionis implendae, q partim iure haereditario accipiuntur, & ij imputantur, partim alio modo accepti non imputantur: vt ſupra dictum eſt. Ad haec multo magis facit quod idem Marcianus repetit in l. in ratione §. tam & ſi ff. eod. quo loco id, quod non figura cōditionis, haeres accipere iuſſus eſt ab eo, cui haereditatem reſtituere rogatus eſt, in Quartam imputat; quemadmodum vt verba Tex. reponam, ſi ea ſumma haeres vendere eas res iuſſus eſſet, quia non conditionis implendae cauſſa, ſed quodāmodo pro pretio inferre iuſſi ſunt. TAMB. Tuum erat propoſitū de quarta ex falcidia verba facere, modo quà ex cauſſa ad illam ex Treb. traducas, ignoro;

104 cum d. §. tam & si † non de falcidia, sed de restitutione haereditatis, vt ibi verba sonant, clare loquatur; & consequenter de quarta ex Treb. CAMP. Huic tuae obiectioni neq. Bartolus neq. alij respondēt, verum idem Bar. post. glos. & Dyn. quib. hic consentit Soc. & communem opinionem dicunt, asserentes d. §. loqui de falcidia, quia licet ibi legātur verba ad vniuersale fideicommissum pertinentia, vt sunt illa, haeredi tatem restituere rogatus, intelligenda tamen sint haeredem fuisse rogatum per venditionem à testatore iniunctam restituere: vnde quod ab emptore acciperetur, in falcidiam computabatur. TAMB. Haec explicatio satis aures & animum mulcet, verum adhuc nō nullas pati difficultates sentio, imprimis ob verbum

105 restituere, † quod simpliciter sumptum, ad fideicommissum refertur l. restituere ff. ad Treb. & eo magis quando est coniunctum verbo haereditatis: vt patet in l. Cum filio ff. de leg. 1. Bar. late in l. Centurio ff. de vulg. & pup. Deinde quia idem Auctor in d. §. tam & si appellat eum, cui Doctores dicunt venditionem factam fuisse, fideicommissarium. Postremo accedit, quod huiusmodi com. intelligentia nimiam videtur diuinationem redolere: exspecto igitur aliam, si quam habes, responsionem. CAMP. Non deerit vt votis tuis satisfiat, verum ne ingenij tui acrimonia subtilib. propositis rationib. communis penitus subuertatur opinio; erit illis prius quam vlterius progrediar occurrēdum. Non obstat itaq. imprimis, quod I. C. in §. tam & si fuerit vsus verbo restituere, quoniam varie apud Iurisconsultos accipitur: & secundum subiectam materiam solet accomodari. ecce particulares etiam res restitui dicuntur l. Qui restituere ff. de rei vend. restituūtur & homines in integrum, vt in titulis de in integr. rest. item & ad famam, & ad ordinem, ad statumq. pristi-

pristinum l. prima l. vlt. C. de sent. pass. l. videamus §. in fauiana ff. de vsur. Item restituere opus l. Creditor si cert. pet. l. prima ff. de Nou. op. Nunc. Et multiplex quidem est eiusmodi verbi significatio, vt abunde videri potest in l. Restituere ex Alciato & alijs ff. de verb. & rer. sig. Panor. in c. quaerelam in fin. de Elect. Sed vt ad rem perueniam, dicendum est, verbum restituere, sonare etiam in factum: vt in l. & si me putem §. 2. & l. qui excipit §. si pars ff. de Cond. indeb. c. vlt. de restit. spol. Et ideo Iurisconsulti huiusmodi verbum possessorio iudicio accomodarunt, quod nostri restitutorium interdictum dixerunt l. prima ff. de Precar. Ad quod accedit, quod significat etiam tradere, vt in l. a Diuo Pio ff. de re iud. Quare in d. §. tam & si cũ species ibi sit iussae venditionis iuxta tit. C. de Haer. & act. vend. pro traditione à venditore facienda iuxta l. ex empto. ff. de act. emp. erit accipienda. Non obstat id, quod vehementer vrget iuxta Bar. doctrinam in d. l. Centurio, quod dictum verbum restituere sit coniunctum haereditati, & cõsequenter haereditariam ex Treb. translationem significet: quoniam respõdeo id verum esse, vbi nulla esset pretij mentio, quae quidem facit potius vẽditionem videri, quam alium actũ. arg. l. primae ff. de rer. permut. & pretium solet succedere loco rei, adeo vt adhuc & nomẽ & effectus haereditarios haeres primus retineat: vt in l. prima & secunda C. de haer. & act. vend. & proinde praedictum pretium iure haereditario accipiat. Non obstat, quod Auctor d. §. tam & si fideicommissarium appellet, quia in eo quod commodum aliquod vel voluptatem sentit; pretium offerens fideicommissarius dici potest: sicuti etiam & fideicommissarius seu legatarius dicetur, cui quod sibi debetur, relinquitur. vt est in dote legata & id generis similib. vt l. prima ff. de Dot. prael. quare ex

his

his omnis diuinandi suspicio videtur esse sublata. TAMB. non infelix fuit mea dubitatio, postquam pulcherrimam variarum responsionum ansam praebuit: reliquum est, vt pollicitae nouae interpretationis ad d. §. tam & si fidē liberes. CAMP. Aequum est, vt igitur non tam Bar. & alios, quam etiam Marcianum ipsum defenderemus; dum alias forte in hanc dubitationem inciderem, alio modo intelligi posse cogitabam: nempe quod non vniuersam fuerit rogatus haereditatem restituere, sed quasdam eius species. sic suadent verba sequentia, cum dicit I. C. intelligendo de reb. haereditarijs, ea summa eas res vendere, vt supra retulimus; in reliquis vero bonis, erit supponendum eundem haeredem legatis fuisse grauatum supra dodrantem, quare falcidiae detractioni locus erat; quae tam ex legatis, quam ex venditione per fideic. facienda deduci oportebat: quamobrem de falcidia tex. lo-
106 qui certum est. † Confirmantur praedicta, quia Marcianus res haereditatis particulares, vel bonorum partem indicans, vtitur illa dictione, ea summa, & rursus illa dictione, eas, referens ad res, quae demonstrationem quandam praeseferunt vel rerum, vel personarum, vt subiecta res postulat: vt colligitur ex l. Assiduis C. qui pot. in ping. hab. Auct. habita C. ne filius pro patr. §. quis qs à non domino inst. de rer. Diu. TAMB. Superiorem Doctorum opinionem, quae in venditione vniuersae haereditatis fundata erat, omnino cōprobasti, & quasi mordicus defendisti. Nunc vero ab vniuersali iure venditionis ibi impositae, ad singulares res tui ingenij facilitate nullo quasi negocio transire videris, vt modo maiori angar dubitatione, an vni vel alteri adhaereā; prima nanq. communis opinionis pondus habet, altera tui grauissimi iudicij maturitatem. Illum insuper scrupulum nouum iniecit, dum in tua

in tua hac secunda interpretatione ad d.§. tam & si loquens de particularib. reb. vendi iussis, idem quoq. & in parte bonorum ead. dispositione vendenda iuris esse subiecisti; quod mihi cum com. opin. coniunctũ esse videtur, cum vniuersitatem haereditatis vel in totum, vel in partem demonstrent l. cogi ad treb. & l. prima de bõ. poss. ac proinde nõ falcidiae sed Trebellianicae locus sit futurus: id quod erit tuae intentioni apprime contrarium, qui d. §. tam & si de falcidia solũ loqui putas. CAMP. vnam, vel alteram opinionem amplectaris, quoad iuris decisionẽ attinet, nihil refert: siquidem cum in prima opin. pretium succedat loco rei etiam vniuersalis, iam in tuto res est, quod iure haereditario pretium accipiat, & falcidiae imputetur. Si vero particulares sint res vendẽdae per fideic. multo magis pretium succedit loco rei, cum faciliorẽ particulares res aestimationem recipiant, quam perplexae & inuolutae haereditariae l. pretia rerum ff. hoc tit. iuncta l. prima C. de sent. quae pro eo quod int. Cui conuenit quod emolumentum seu commodum, quod emptor accipiet, vt supra diximus, particulare legatum vel fideicommissum redolebit: & propterea Trebellianicae Quartae nullus erit locus. Eleuandus est demum iniectus, quem dicis scrupulus, dũ fingebam in d. §. tam & si vel particulares species, vel bonorum partem fuisse venditam, qua in re tibi uisus sum vniuersalia particularibus coniungere; enimuero non ita: siquidem sicut dicitur bonorum pars legari, & particulari magis accedit legato, quam vniuersali, cum deducto aere alieno iura accipere soleant l. si quis bonorum de leg. 1. l. Quantitas ff. hoc tit. Nouis. in l. Quod deuincitur ff. de reg. iur. & propterea Accur. eleganter diffinit in l. Mulier §. vlt. in verb. retinebitur ff. ad Treb. Quaestionem illam † nũquid hae-
107

res à

res à quo est legata pars bonorum, talium verborum occasione, ex Treb. cogi possit adire & restituere. Nó posse cogi respondit ex l. non amplius §. vlt. & l. seq. ff. de leg. 1. quia cum bona dicantur deducto aere alieno l. cum emancipati in principio ff. de coll. bon. l. Mulier de iur. Dot. legatarius is hoc Trebelliani onere non erit deuinctus; potest itaq. haeres, quod est mirabile liberare se offerendo bonorum aestimationem vt d. l. Non amplius: Ad quod facit l. Nam quod §. nó omnis, & l. cogi §. generaliter infra ad Treb. quod adeo verum est, vt mirabiliter quaedam affulgeat Vlpiani decisio in d. §. Mulier, dum in haec verba loquitur, si qua portio haereditatis fuerit legata, legari enim posse etiam portionem haereditatis placet, rogatusq. fuerit hanc partem restituere, proculdubio non fiet restitutio ex S.C. Ideoq. nec quarta retinebitur: quē tamen loquendi modum si superiorib. coniunxissem, maiorem multo dubitationē cótraxisses. TAMB. Me-
108 dius fidius maiorem, cum verbum haereditatis † vniuersitatem significet l. haereditatis verbum ff. de verb. & rer. sig. l. haereditas de reg. iur. quod & in parte haereditatis obtinere videtur, vt pars vniuersalis designata intelligatur arg. l. Quae de toto ff. de rei vend. CAMP. vera moues si fuerit haeres haereditatem, vel partē haereditatis rogatus, vt haeres, restituere: vt d. §. vlt. in princ. nam non sufficit de haereditate, vel parte haereditatis rogatum esse, sed quasi haeredem rogari oportet. at vbi pars haereditatis legata fuerit, & illam rogatus restituere, secus quidem est; nam tunc falcidia potius, quam Trebellianica locum habet: vt d. §. vlt. d. l. Mulier iūcta vlt. glos. in fine. TAMB. Sed quid respondebitur ad l. Iubemus in vers. Idemq. C. ad S. C. Treb. quo loci dicitur falcidiam retineri ab institu-
109 tis haeredibus haereditatem restituere rogatis, † quod

quod contra illatam per te distinctionem urgere videtur; siquidem negari non potest, quin ibi instituti essent rogati vt haeredes: verumtamen non Trebellianica, sed falcidia sibi locum vendicat. CAMP. Fecisti acute Tamberlanes strenuorum more militum, qui vtroq. lacerto uibrare gladium didicerunt: pugnabas nanq. Paullo ante per haec verba bonorum partē, vel partem haereditatis legatum dici non posse. Nunc altera manu certas, & diuersam quasi partem suscipere videris; Falcidiam, non solum ex praedictis, de legatis restituendis detrahi posse: verum etiam ab vniuersa haereditate restituenda eamd. falc. retineri. sed vt pulchrum prima fronte, ita inane certamen erit, quia
110 si penitius ipsam L. Iubemus † inspexeris nullatenus aduersabitur: propterea quod ibi non vt cogitas de falcidia loquitur, verum continuatim de quarta ex treb. nec refert, quod in vers. Idemq. de falcidia loquatur, quasi ad differentiam antedictorum; quae Treb. mentionem fecerant: nam ne semper eodem Treb. vteretur vocabulo, falcidiae voce tanquam genere vtitur. quod ante Zenonem illius L. Auctorem multi sunt vsi Iurisconsulti praesertim in titulo infra ad treb. quod nos supra abunde explicuimus. Vnde non mirum est, si de vna eademq. Quarta ex treb. intelligatur, quamquam diuersarum personarum respectu facti species mutetur, quia a principio fratribus facienda proponitur restitutio: in praedicto autem vers. proprijs filijs. Quare non in elegāter Ioannes antiquus glos. in haec verba inquit. Non dicit de alia falcidia, quam supra; sed mutat casum, cum supra locutus sit, quando fuit fratribus suis rogatus restituere: hic autem quando proprio suo filio testatoris Nepoti. TAMB. bellissime omnia more tuo quae animum angebant meum explicuisti, sed vt Natura hominū aliquid semper noui

molitur, in mentem nunc venit aduersus praedicta acrius multo consurgere, per d.§.tam & si, vix posse re citatam interpretationem accipere; vt de singularium rerum, vel bonorum portione, vel haereditatis simpli citer parte instar casus d.§. Mulier loqui possit. verba enim illa succurrunt, quae in postrema illius §. tam & si parte scripta Marcianus reliquit, cum ait, quo loco amplius quaesitum est, an fideicómissarius quoq. inuitus cogatur dare eam summam, & recipere haeredi tatem; & quae sequuntur, & Paullo supra de restituen da haereditate loquitur: Quare non videtur vis esse fa cienda in illis medijs verbis, hoc est ea summa, eas res, quoniam media ex priorib. & postremis declarantur l. si seruus plurium §. vlt. de leg. 1. quo fit, vt tutius esse videatur cum opinione communi adherere, vel aliam interpretationem meliorem, si qua dari potest, in medium afferre. CAMP. haec omnia, quae moues, nisi ab vno ad alium me paullatim explicandum locũ traxisses, eram paratus mouere: Ex quib. ab illa, quae ex tempore in animum inciderat cogitatio, cũ vniuer sa Tex. verba nõ dũ legissem, discedere; vel cómuni ad herere opinioni, vel aliã inuestigare cogebar. TAMB. Ecquam aliam praeter praedictas expiscari interpretationem potuisses? CAMP. illam putarem quam ipsemet I. C. attulit, & nos supra retulimus. Ideo haeredem haereditatem restituere rogatũ ei, à quo aliquid non figura conditionis accipiebat, id sibi in quartam imputare debere, nõ quia simpliciter vendere haeres rogatus fuisset; vt communis est opinio, sed ad huius
111 similitudinem: vt demonstrat illa dictio, † quẽmadmodum si ea summa &c. l. 3. ff. de lib. & posth. l. 2. §. si quis ita de eo quod certo loco l. 2. §. separata ff. pro empt. Nec non dictio quodammodo, quae est nota impropríetatis, vt in l. quarta §. Cato & ibi Bar. in 6.

opp.

opp. post Aret.ff.de verb. oblig. Accedit Tertio expẽdenda esse illa verba, pro pretio inferre sunt iussi, nam dictio, pro, similitudinem non veritatem plerumq. significat, vt cum dicimus pro haerede, uel pro possessore l. cogi C.de Pet. haer. Item locutio illa, inferre sunt iussi, vtramq. tam haeredis, quam fideicommissarij personam continet; quippe qui vna, quod loco pretij est, inferre, hoc est haereditati aggregare, & quasi in ipsius sinum importare tenentur: tum vt Testatoris iussui obtemperetut, tum ut praedictum sic nuncupatum pretium uti rem hareditariã haeres agnoscat, eamq. quatenns opus sit in falcidiã imputet. TAMB. vix vnquam putassem, aliquid amplius intelligentiae §. tam & si addi posse, quod alicui non subesset reprehensioni; verum opinione maiora percaepi: nõ quod praestãtissimum iuditium tuũ omnia permagna praestare non posset, agnoui enim ex multis rerum certissimis argumentis; sed quia ex Doctorum Turba minutissima etiam scribere quaeritantium vix aliud elici posse perspiciebam: vicisti itaq. non meam op. solum, verum exactissimam eorum diligentiam. Quo fit, vt ego quasi in tenebris ambulans, & clausis oculis rectã inuenire satagens, nunc quodammodo eorum pupillas aperiens, luce fruar meridiana; videamq. insuper adeo veram tuam istam esse interpretationem: vt etiã audeam hisce confirmare exemplis. Profecto si haeres vrgentibus haereditatis Creditorib. illius bona distrahere fuisset coactus, vt l. filio familias §. Diui de leg. 1. vel vendendo, vel secundum quod occasio se se obtulisset, rem magnam cum parua Creditoris, vt illi satisfieret, permutando; vel Testatoris iussu in Emphiteusim, aut perpetuam locationem dando: certũ est eius modi ab haerede res, vel perpetua iura cõstituta, haereditatis naturam assumere. Consequens est igitur, vt

idem iuris de hoc quasi pretio, & quodammodo compensatione à fideicommissario tradita, constituendũ sit, & hoc ipsum forsan mente iureconsultum agitantem, breui delectatum sermone, prolixiori non curâs aperire; voluerit id ipsum falcidiae imputari: non ad treb. pertinere. CAMP. locupletasti Tamberlanes nõ minus pulchris, quam veris d. §. exemplis, atq. cum tota esset de pretio, vel quasi quaestio; ad Emphiteusim, ad permutationem, ad perpetuam locationem in fauorem alicuius faciendam propagasti: quod si Marcianus sentire daretur, ac loqui posset, non dubito, quin suum videns exornari responsum, gratias haberet. Verum age nunc, & si quid aliud circa dictum §. tam & si animo voluas, quamcito depromc; cum longa supersit interpretationis via, & iam sol decedens ingentes duplicet vmbras. TAMB. restat nũc, vt post longã disputationẽ, dicas si placet, an Bar. & alij complures sectatores eum §. bene intellexerint, dũ id, quod ab eo, cui restitutio fieri debeat, accipiebatur; in vim mo-
112 di accipi dixerint. † CAMP. Marianus Soc. Bartolum reprehendit, quod intelligat §. tam & si loqui de capiẽdis puta pecunijs in uim modi, quasi inter ea, quae capiuntur in figura venditionis, vel in figura modi nulla differentia sit; cum vtrumq. idem praeseferre videatur: vt ex eius dictis latius colligi potest. TAMB. Huic Soc. reprehensioni dabitur ne locus? CAMP. vt opinor non dabitur, quia negligenter videtur differentiam inter vtrumq. modum respexisse; nam video ex eodem §. in fine, quod quando aliquid soluendi legatario, seu fideicommissario imponitur; magis haeredis caussa, quam contra ipsum positum videri: sed cũ in uim modi datur, magis haeredis caussa adiectum esse. vt per Bar. & alios in l. si quis seruum titulo superiori, in l. quib. diebus §. termilius ff. de Cõd. & Dem.

TAMB.

TAMB. Quid ergo dicẽdum? CAMP. mihi profecto, circumscripta tamen huiusmodi disceptatione, nõ videtur ille tex. in §. tam & si, qui loquitur generaliter, esse ad vim modi restringendus. TAMB. Placet quod dixisti, audiui etenim saepe saepius abs te auream illã sententiam vsurpari; dignas esse leges, vt potius ex earum rationib. propagentur, quam astringantur l. De quibus ff. de ll. nisi quid aliud, aliter faciendum, suadeat: progredere itaq. ad alia tua recitatione digna. CAMP. estat & aliud luculentissimum excelsi ingenij Papiniani responsum in l. cũ pater in princ. ff. de leg. 2. aliud estat in l. Deducta §. nummis ff. ad Trebell. ex
113 quibus euidenter colligitur, pecunias † ex haereditate acceptas; quas haeres iussus est à se ipso accipere, in quartam imputandas: quia iure haereditario accipit. quib. itidem congruunt, quae scripta sunt in l. Acceptis hoc tit. & l. Peto in principio ff. de leg. 2. Secus autem est de praedijs, quae pariter testator haeredi percipere mandauit. At si pecuniae praelegatae fuerint a Cohaerede diuersi iuris est, nam eo casu partim iure haereditario, partim alio iure accipientur: vt ind. l. quod autem, magis quam in l. Id autem a Bar. allegata, euidentissime probatur. TAMB. an hoc circa quartam falcidiam deducẽdam obtineat, valde dubito; siquidem d. l. cum pater. & d. §. nummis de quarta magis ex treb. affirmante Imo. & alijs multis, loqui videtur. CAMP. Nihil refert vtcumq. loquatur, nanq. licet argumentatio affirmatiue de Trebellianica ad falcidiam circa imputationem regulariter non valeat, vt crebrius receptum est: Attamen circa imputationem eorum, quae haereditario iure capiuntur, tã in vna, quam in altera quarta summã esse similitudinẽ latet
114 neminem: quia quae iure haereditario † capiũtur, dubio procul in alterutram quartam imputantur. vt ex

con-

coniunctione principij huius legis cum d.l.cũ pater,
& d.§.nummis intelligi facile poteſt. Tamb. quaeſo
ne indigneris, ſi interpretationis filum interrumpam;
cupidus ea, quae propoſuiſti rectius intelligere: dixiſti
pecunias praelegatas a Cohaerede cum partim iure
haereditario, partim alio iure accipiantur, pro parte
115 in Quartam imputari: † peto an ſimpliciter verũ ſit.
Camp. id communiter Doctores hic verum eſſe aſſe-
uerant, niſi verba aliqua à teſtatore prolata, ipſius qua-
lis eſſet ſenſus, oſtendant: puta ſi cauiſſet vt uniuerſa
pecunia de parte Cohaeredis praeſtetur, quemadmo
dum hic plura a Soc. ponuntur exempla. Tamb. Ena
ſcitur & alia mihi dubitatio, quid ſi teſtator infinite
ita praeceperit, praeſtes Cohaeredi de haereditate cẽ-
tum? numquid ea quantitas a communi haereditate
116 deducenda ſit, an vero ſolum ex parte Cohaeredis? †
Camp. receptior eſt ſententia, vt de communi dedu-
ci debeat, ea ſane ratione, qua vſus fuit Soc. quia ver-
bum, de haereditate, videtur eſſe, vt noſtri vocant, in-
definitum; & aequipollens vniuerſali l. plurib. de leg.
2.l. ſi plures de leg. 3. Tamb. Sed quid reſpõdebimus
Ripae contrarium ſentienti, & aduerſus hanc opinio-
nem inſurgenti ab oppoſitis; quorum vſus eſt apud
noſtris frequentiſſimus: vt ſcribunt Doctores in rubr.
ff. de Acq. poſſ. nimirum ait ille, quando iuſſus eſt hae
res pecunias accipere, & haereditatem reſtituere; de
parte ſua deducet, non de communi: Sic ex contrario
Cohaeres grauatus praeſtare aliquid Cohaeredi, intel
ligendus eſt, vt de ſua parte, non de cõmuni retineat.
Camp. Verum eſt ita Ripam ratiocinari, ſed argumẽ
tatio ſua ab oppoſitis noſtram nõ ferit concluſionem;
fateor enim eamdem eſſe oppoſitorum diſciplinam,
quando circa idem concurrunt, non autem ad diuer-
sũ: vt eſt in propoſita quaeſtione, in qua verba illa, de
haere-

haereditate, eiusmodi argumentationem directo reci pi non posse demonstrant: confirmo alia ratione praeter Soc. quia si non intelligeretur de communi haereditate, illa verba superflua essent, vel saltim oporteret restringi; quod contra testamentorum naturam fieret c. cum dilecti extra de Don. Doctores in l. In testamētis ff. de reg. iur. Additur praeterea, quia haeres, contra quem interpretatio summi contenditur; maiori prosequendus est fauore arg. l. veterib. ff. de Pact. & eo magis si eidem restituenda sit haereditas: propterea quod tunc in eum duplex erit amoris vinculum, primo quod fuerit haeres directo relictus, secundo vero per fideicōmissum arg. §. quod si partim instit. de rer. diu. TAMB. Porro super praedictis omnibus perbelle tuam aperuisti sententiam, quae mihi multum arridet: Verumtamen circa praedia proposita, quae non eod. modo, vt pecuniae ab ipso haerede acceptae, se se habent; quis modus & in retentione, & in imputatio-
117 ne eorum sit seruandus †, adhuc non determinate egisti. CAMP. Nondum certe, sed nullo alio modo determinandum erit, quam vt Papiniano placuit in d. §. nūmis, & in d. l. cum pater, cuius traditio erit omnino similis illi superiori de pecunijs à cohaerede acceptis, nempe praedia ipsa partim haereditario iure retineri, partim alio iure puta legati solere capi. quia forsan poterat cadere dubitatio ex eo, quod cum testator iusserit haeredem pecunias, & praedium ex haereditate accipere, & haereditatem restituere, in quartam detrahendam cum imputet in totum pecunias; idem de praedio vel praedijs videretur concludendum: & nihilominus contrarium decisum est, ea ratione, quoniā diuerso iure capiuntur, vt manifestissime colligitur ex illis verbis, Praediorum autem alia portio non nisi à Cohaerede, qui dominium habeat, accipitur. Quare

pro

pro parte in quartam imputabit, quā scilicet iure hae reditario accipit; pro parte vero non, quia a Cohaerede: vt fusius infra in vers. pro ea vero parte videbimus. Interim aliam colligamus conclusionem ex 2. huius l. responso. Quae alio iure, quam haereditario, capiū
118 tur, † in falcidiam non imputantur. quae conclusio quibus conclusa terminis etiam ipsa sit, videndū est. Atq. primo illud statuendum est, nec legata, fideicommissa ve minuere falcidiam, vt hic expressim habetur; nec data conditionis explēdae gratia, vt Iulius Paulus ait in l. si fundus hoc titulo, vbi fundus quinquaginta dignus sub hac conditione legatus, si haeredi quinquaginta dedisset; vtile esse legatum, ac falcidiam exerceri respondit: ea ratione, quia conditionis caussa daretur. quod & in datis inter viuos scripsit Papinianus obtinere, ne scilicet falcidiam minuant; in l. pater
119 filiam ff. eod. † liceat eius & dubitationem, & elegantem pro suo more decisionem referre. Pater filia haerede pro parte instituta, quae à viro diuerterat, ab ea petijt, vt fratri, & Cohaeredi suo portionem haereditatis acceptam, deducta sexta, restitueret, admissa compensatione Dotis in falcidiae ratione: quaerebatur quid iuris. Papinianus distinguendo respondit, si pater Dotem consentiente filia non petijsset, falcidiam quidem iure haereditario, Dotem autē iure proprio filiam retenturam. TAMB. Super ardua hac decisione, quid scriptores sentiant; graue non sit in medium afferre. CAMP. Scripsit Bar. ideo praedictam dotem filiam in quartam non imputare, quia ex testamento non habeat. Verum vt utamur ipsius I. C. ratione dicēdum est, quia dicta dos non inueniretur in haereditate patris, cum ille, vt quidam referente Soc. opinantur, nondum exegisset. vel, vt alij putarūt Ripa teste, tam & si exegisset, id absq. filiae consensu fecisset; &

con-

consequenter dicta Dos patri non esset acquisita; quando agendi pro Dote facultas nondum esset a filia abdicata, l. 2. §. quod dicitur ff. Sol. Mat. Et ideo illius dispositio ad patrem nõ spectabat, cum reuera de illius haereditate non esset. T A M B. Sed quid si Dos illa fuisset vel patri acquisita, vel saltim tantumdem filiae legatum, siue alio titulo relictum? C A M P. poterit iuberi in falcidiam sub ea compẽsatione imputari, de qua in l. si cum Dotem §. si cum pater ff. Sol. Mat. T A M B. Quid praeterea si pater dum profectitiam filiae dotẽ
120 daret, † de qua in l. profectitia ff. de Iur. Dot. hanc legem imposuisset, vt sibi in futurum loco falc. haberet? C A M P. id facere proculdubio potuisset, vt Doctores communiter sentiunt in l. post dotem ff. Sol. Mat. facit tex. in l. Cum quo §. vlt. ff. eod. l. si binarum ff. de seruitut. vrb. praed. cum ibi alleg. T A M B. Scriptores hic occasione illius Papiniani decisionis in d. l. pater
121 filiam, inferunt Emphiteutica, † in quib. non haereditario iure, sed contractu Maiorum succeditur; in falcidiam non imputari: Idemq. de bonis Feudalib. cõcludunt, cum illa ex prouidentia Domini nacti sint; à quo praedecessores ipsis posteris etiam consulentes Feudnm acceperunt: explica nunc an recte Doctores opinentur. C A M P. Hactenus à nemine contrarium responsum inueni. Verumtamen vel aliquarum regionum Consuetudines, vt sunt illae Burgundiae, ad quas Cassaneus elegantes edidit Commentarios; vel pragmatica aliqua constitutio, vt est illa Neapolitani Regni, vel liberae Ciuitatis vsus, vel Municipalis lex aliter caueret; id quidem obtinere certum esset: vt Bar. & alij in l. Omnes populi ff. de iust. & iur. & in l. de Quibus ff. de ll. Cinus in l. 2. C. quae sit longa Consue. & alibi passim tradidere. & in specie quod supra de Emphiteusi dictũ est Bald. & Saly. cum seq. in l. om

K nimo-

nimodo §. vlt. C.de inoff. testam. Alex. in conf. 8. lib. 3.col. 3. & conf. 89.lib. 3. & Bertran. conf. 179. lib. 3. coll. 2. De bonis vero Feudalib. ita Ang. Cum. & Pau. Castr. in l. si Patroni in princ. ff.ad treb. bona Feudalia in quartam ex treb. non imputari concludentes. quare si negatiue ratiocinemur minus in illam ex falcidia imputabuntur auctore Baldo in cōs. 56. lib. 3. & Alex. in cōs. 29. lib. 5. quos hic Nouiss. consectātur. TAMBE. circa iam dicta communi magnorum virorū opinione cōfirmata, haud amplius quaerendo immorabor. At illud non praeteribo, quod magnam sentio habere difficultatem, dum pro constanti asserere videbare,
122 videlicet data inter viuos falcidiam non minuere † iuxta d. l. pater filiam: nam video ex l. Cum quo §. vlt. 25. de quib. ibi à domino aureorum centum, dum viueret, futuro haeredi numerata; in falcidiam secundum Marcelli mentem imputari: & nihilominus non iure haereditario fuisse accepta, quia non ex testamento, vt inquit Bar. quod tollerabilius fuisset, neq. vllo vltime voluntatis titulo acquisita, propterea quod nō legati, non fideicommissi, non caussa conditionis implendae, non ex praeceptione aut deductione, non retentione fuere desumpta. Quib. etiam addi potest Papiniani ratio in d.l. pater filiam, qua fuit vsus ad excludendam Dotis imputationem, eo quia non inueniretur in haereditate patris; ad cuius similitudinem dicēdum videtur 25. non inueniri in haereditate ipsius Domini centum, qui dodrantem legauerit: & hinc in Quartam imputanda non esse. Attamen quod mirabile est, in falcidiam, quae difficiliorem imputationē recipit, data inter viuos imputanda lex disposuit: quapropter, si cordi tibi est, hanc à me remoue difficultatem. CAMP. prout non insubtili ratione motus hanc tuam in medium protulisti difficultatem, ita etiam ad

eam

eam remouendam, subtili opus erit responsione; Verum quid subtilius umquam considerari potuit, quam quod ipsius l. auctor Marcellus considerauit? dum ideo illa 25. imputandi respondit, quia viuus ille testator haeredi futuro prouidere videretur? cui rationi conuenit quod Bar. noster ponderauit, cũ soluẽdo dixerit, testatorem in §. vlt. l. Cum quo suam ostendisse voluntatem in hoc expressim, vel tacite, quamuis ex his duob. solutionis capitib. primũ scilicet, expressim, non multum placeat; quia nulla ibi adest expressio, quando si voluntas testatoris expressa fuisset, dubitandũ non erat, quin 25. cũ eis legem apponere potuisset, & in specie imputarentur in quartam: arg. l. vlt. C. de reb. alien. non alien. l. ea lege C. de cond. ob caus. cum sim. Placet itaq. alterum Bar. solutionis caput, nempe tacite, & hoc est, quod iurisconsulti rationi conuenit, ex eo quia tacite testatoris voluntas ibi deprehendatur, quae solet esse tanti, vt etiam ex leuibus coniecturis euidens a I.C. dicatur cit. l. licet Imperator ff. de leg. 1. cum Not. ibi à Ias. Nec obstat, quod illa 25. non videantur iure haereditario capi, nec in haereditate inueniri, quoniam imo eo nomine capiũtur; postquam pecuniarum datio facta est intuitu testamenti, quae legatorum inter viuos quantitati respondebat ad assem constituendum; & per testamentum videtur non solum esse confirmata, sed etiam declarata: quae res efficit, vt non mirum si in quartam imputentur, sicut ex superiori colligebatur cõclusione. TAMB. Vere omnem difficultatem ex d. §. vlt. l. cum quo prouenientem subuertisti. Sed maior insurgit ex responsis Pauli in l. Nesennius in princ. & Sceuolae in l. filio hoc titulo, in quibus praelegata, quae dubio procul generali vocabulo legata dicuntur secundum eiusdẽ Pauli mentem, in l. prima in princ. supra eod. & l. ver

bis legis ff. de verb. & rer. sig. in Quartam a Cohaere-
123 dib. imputari manifestissime deciditur; † id quod est contra praedictae conclusionis decisionem. CAMP. Non possum inficiari, quin diuersa sit decisio ex quadam tamen aequitate deducta, secundum Bar. quem communiter omnes sequuti sunt, in haec verba dicentem; licet secundum iuris rigorem non imputentur, de aequitate tamen secus esse, quasi qui praelegatum a Cohaerede consequuturus est, vicissim ei praelegatum dando falcidiam detrahere velit, in dolo sit. Vnde Nouissimi aequitatem in dictis legib. scriptam, legis nostrae rigori praeferri debere dixerunt, per regulam legis Placuit C. de Iudic. TAMB. contra hanc solutionem, etiam si pulcherrima sit, quaedam mihi incidit dubitatio ex cit. l. filio, vbi habetur, filiam iure quartam in simili specie petiturã: igitur non ex aequitate simpliciter, sed l. falcidiae ratione. CAMP. Nouam hanc obiectionem, gladium, vt aiunt, ad radices com. opinionis quasi ponere perspicio; & ideo noua opus est responsione: opinor itaq. id potius in dictis legib. ex praesumpta testatoris voluntate prouenire, quasi quod relictum est cum falcidia duxerit compensandum; praeseferunt verba illa, si id, quod praecepturus est, ex voluntate testatoris suppleat, quod deducere desiderat: quasi congrua quantitas praelegati falcidiae quantitati, quoad posset, respóderet: arg. d. l. cum quo §. vlt. TAMB. Num quid ex hoc communis illa opinio excludetur, quae totum iecerat in aequitate fundamentum? CAMP. Neutiquam, quia haec ipsa non sunt opposita, vt modo ex aequitate, modo ex praesumpta voluntate à communib. falcidiae regulis trantisper recedamus. Nec obst. quod supra, obiectionem adiuuans, afferebas; verbum legandi generale esse, & praelegatũ continere, d. l. prima, & l. Verbis legis,

gis: verumtamen praelegata, quod in legatis non est receptum, aliquando falcidiae cedere. nam respõdeo in iure nostro dupliciter accipi posse, hoc est in genere,
124 re, & in specie, † vt communiter dicunt Doctores in Rubr. de leg. 1. Quinimo in specie specialissima vt differt à praeceptione, & à prelegato cum plura sint negotia, quã vocabula l. quarta ff. de praescript. verb. & nominum varietas variam habeat significãdi potestatem vulg. l. si idem C. de Codic. scriptores in l. si quis in fundi vocabulo ff. de leg. 1. Diuersae vero im-
125 putationis caussam † audisti ortam fuisse vel ex aequitate vt com. fuit opinio, vel potius ex praesumpta testatoris voluntate secundũ ea, quae diximus. TAMB. Praelegatum haeredi relictum ex aequitate, vel ex praesumpta testatoris voluntate Cohaeredi prodesse, ne ab eo falcidia deducatur ex iam dictis determinatũ est. Nunc vero quaeri posset, an alijs legatarijs prae
126 ter quam Cohaeredib. identidem prodesse queat. † CAMP. prodesse Bar. respondit, vt ex d. l. Nesennius in §. plane illis verbis, Plane ceteris legatarijs nõ vniuersum, quod Cohaeredi praestat, imputabit, sed quãtum daturus esset, si nihil ab eo perciperet. Ex quib. dicendum erit prodesse, vt falcidiam, quam haeres a cohaerede detracturus fuisset, in quartã ipsis legatarijs imputet: quod & Mar. Soc. in 4. opp. scriptum reliquit. TAMB. At quid respõdebis Ripae, & plerisq. alijs aduersus talem Bar. opinionem insurgentibus, nimirum ex huiusmodi praelegato de quo ibi nullũ colligi pro legatarijs compendium, cum solum exonerentur legatarij ne portionem falc. praestẽt, quam haeres nõ potuit a cohaeredibus extorquere. CAMP. verum dicunt, quib. ego etiam assentior, nec video Bartolũ aliquid cõtra protulisse; nõ enim simpliciter ex eo vtilitatẽ alijs legatarijs induci respondit, sed in

hoc eis prodesse, quia videtur quartam detraxisse de legato cohaeredis; quare si hoc damnum vitare, vtilitatis nomine dignum est, non immerito etiam ex hoc eis vtilitatem oriri probandũ est: proderit igitur quia praelegatum haeres pro parte saltim scilicet quá caepit iure haereditario, vt supra diximus, in quartam sibi ad legatariorum fauorem imputabit l. deducta §. nummis ff. ad Treb. & l. id autem resp. 2. supra eod. TAMB. Frustra igitur superiorem proposuisti conclusionem, in qua habebatur legata & fideicommissa & id generis reliqua in quartam falcidiam non imputari. CAMP. Imo longe firmior existet; Trita est enim apud omnes sententia, de qua in Rub. de reg. Iur. Decius, & alij, exceptiones communes magis firmare conclusiones; habent enim suapte natura limitationes insitã quãdam rationem, & suadelam, quamobrem à regulis distent l. videamus ff. de in lit. iur. vt in proposito singularis illa est, quam Bartolus tradidit, praelegati scilicet imputationem habere locũ in praelegato speciei puta fundi haereditarij; cuius haereditaria portio mirum non non est, si in falcidiam imputetur. TAMB. singularem Bar. rationem commendasti, verum vt illi, ita etiam tuae huic cõmendationi omnes fere Doctores reclamabunt illa primum ratione, quia Bar. nihil probet ex alleg. per se legibus, aiunt enim de quarta ex treb. non de falcidia loqui, quod & supra communem ipse opinionem sequutus confirmasti; ec quis non videat euidentissime hác in l. probari in vers. pro ea vero parte, in quo dum agitur de haereditate restituenda similia praelegata pro parte imputari dictum est. Repugnat secũdo huius legis principio, dum scriptum legimus, legata & fideicommissa toties repetita in falcidiã non imputari. CAMP. Non obstantib. ijs contra Bar. adductis, adhuc eum defendi posse putarem

tarem considerato l. nostrae principio à te citato, in quo indistincte dicitur ea, quae iure haereditario ca-
127 piũtur, in falcidiam imputari; ergo ista qualitas † vel inueniatur in praelegato corpore, vel in alio legato vt in d. l. Id autem nihil referre; dummodo aliqua ibi haereditaria portio affulgeat: quae conclusio confirmari videtur per l. Quod autem ex illis verbis si haereditario iure habeat. Quare audacter possumus affirmare dictos vers. pro ea vero parte, & §. nummis, quorum allegatio ab omnib. approbatur, magnopere facere ad rem; quia cum eadem haereditaria qualitas in Treb. imputationem praebeat, eadem & in falc. idem praestet: quando in hoc ipso nulla est inter Treb. & falcidiam differentia, quod nostrae l. principium clare dictat. TAMB. Imo nulla in re erunt differentes contra ea, quae superius in praeludijs dixisti, quando differentiam inter vtramq. Quartam circa imputationem esse demonstrasti, nempe in quartam ex falcidia legata, fideicommissa & id generis similia non imputari; in illam vero ex Treb. versa vice omnia imputari: modo cõtrarium audiens, valde titubo. CAMP. obserua diligentius, quia concordiam ex dictis conclusionis nostrae, & non discrepantiam inuenies, nanq. dum dicitur legata & fideicommissa cum reliquis non imputari in falcidiam, nõ sunt verba illa ad legatum, quod est difforme, referenda; verum ad ea legata, quippe quae habeant vniforme nomen, vniformamq. naturam: ad quae nostra pertinet conclusio, vt probatur ex l. quod autem eod. titulo, vbi persimilis est hypotesis, hoc est, quod iure haereditario accipitur in quartam compensari falc. quod legatorum nomine a Cohaerede accipitur, in Quadrantem non imputari. & eo magis faciunt, si verba illa ponderentur, quod quis legatorum nomine, intelligendo illam partem, quae

puta

puta ex fundo praelegato accipitur, nomine, hoc est, iure legati. TAMB. Postquam astrictiorib. quibusdam cancellis conclusionem nostram conclusam esse diiudico, videamus an aliqua ex parte valeat dilatari; accepi in ea, data conditionis explēdae gratia in quartam falcidiam non imputari: numquid exemplo praelegatorum vt in dicta l. Nesennius, & in l. filio, quae in quartam computantur falcidiam, idem si aliquid à
128 cohaerede caussa cōditionis implendae accipiatur, † omnino dicendum sit? CAMP. receptissima opinio est, de qua hic per Doctores, capiones eiusmodi ob conditionem in quartam esse imputandas; & primo illo praecipuo argumento, quia veluti per exceptionē ex aequitate praelegata inuicem computantur, sic & eiusmodi capiones, ex notissima illa regula Idem iuris esse statuendum, vbi eadē suadeat ratio l. de quib. ff. de ll. Sriptores communiter l. Gallus §. & quid si tātum ff. de lib. & posth. Secundo ab oppositis legata & capiones ex conditione regulariter in quartam falcidiam non imputantur, vt hac l. nostra in princ. & d. l. in ratione §. tam & si, ergo vbi vnum ex his contingat imputari vt in d. l. Nesennius, consequens est, vt aliud imputetur: Quib. addi potest, quod hic Iun. Soc. ponderauit in d. l. Nesennius, nempe verbum illud, praecepturus, quasi denotet sub illo genere contineri in figura conditionis accipiendum: ad haec cōsiderauit, quia ex testatoris vtrumq. capitur iudicio. TAMB. validissimis argumentis communem hanc opinionem firmatam esse censeo. CAMP. ita certe prima fronte videtur, verumtamen praedictis omnib. minime refragantib. adhuc contrarium defendi posse putarem; & primo negarem eamdē adesse in alterutro aequitatem, eo quia legata maioris habent praerogatiuas, & imputationi magis erunt accomodata, nam legatū,

vt di-

vt dictum fuit, haereditatis delibatio est l. legatum ff.
129 de leg. 1. Capio vero ob conditionem † ex bonis proprijs ipsius legatarij prouenit, & ideo minus imputabilis, deinde legatum est honos l. 3. ff. de leg. praest. Solutio autem ob conditionem talem non habet honorem; pro legatis actiones complures dãtur l. 2. C. com. de leg. pro Capione ob caussam nulla datur d. l. In ratione §. tam & si in fin. Ad argumentum ab oppositis responderem consequentiam eiusmodi non fore accipiendam, vbi diuersa ratio in opp. sit, quam diuersam esse supra docuimus: vt declarat Dec. & alij cõmuniter in l. prima in vers. fortissimum ff. de off. eius. Nec obstat quod ponderauit Mar. Soc. ex verbo praecepturus, quoniam certe verbum praecipere aliam habet significationem, hoc est propria capere auctoritate, vt patet ex hac l. nostra in vers. in fideicommissaria. Nec multo minus obstabit, quod dicitur iudicio testatoris vtrumq. capi; etenim hoc negotium non facit, quia testatoris iudicium diuersos potest habere respectus, vt supra probauimus: & in specie propter conditionem capiones caussa mortis haberi dicuntur d. l. id autem hoc titulo nostro. Confirmarem praeter alios hanc opinionem contra communem illa vulgata regula apud Bar. & alios in l. omnes populi in 6. quaest. principali ff. de Iust. & iur. vbi post multa per Doct. cõcluditur, quod quotiens de extensione agitur facienda ad iuris correctionem, interpretationem capiendã esse strictissimam: verum contra fieret, si aduersus iuris regulam dictantem legata & capiones ob caussam non esse in falcidiam imputandas, a legatis inter haeredes computandis ad Capiones extenderemus; cum diuersitas naturae inter legata & capiones adsit non obscura: Vnde à diuersis occasionem extensionis non esse capiendam patet l. Commodissime ff. de lib. &

L posth

posth. l. si vero §. de viro ff. sol. Mat. vbi Imo. & alij. Ex quib. apparet contra com. non absq. forti ratione pugnari posse; nihilominus tamen quam magis libet sequere: quia ingenij excitandi gratia haec omnia proposui. TAMB. communem illã sanè opinionem, ex tuis acutissimis obiectionib. ac responsionib. mirifice perturbatam fuisse, recte intuentib. apparet. Verumtamen non obstantib. ijs pro com. respóderi posse forsan videbitur, ea met ratione, super qua fundata est, scilicet aequitate per d. l. Nesennius. Nec obstat legata maiores habere praerogatiuas, quia hoc magis pro com. militat, quam contra: nanq. Si legata imputãtur, prout imputari conclusum est: ergo multo magis capiones ob caussam, quae eiusmosdi non retinent praerogatiuas. auct. multo magis C. de Sac. San. Ecl. Nec obst. responsio facta argumento ob opp. non reperiri eamdem rationem ita suadentem; quia imo reperiri dicerem ea ratione, propterea quod nunc haud quaerimus quae fuerit caussa productionis legatorũ & capionum ob caussam, sed bene quae fuerit ratio eiusmodi imputationis: & nullam aliam fuisse, dictũ est, praeter aequitatẽ. Ergo quid repugnat, quin ead. aequitas in vtroq. militet? permanente presertim ead. facti specie nempe inter cohaeredes? equidem nihil repugnare censeo: & ex consequenti neq. etiam fieri extensionem, concludi posset, aduersus iuris regulam. quia maior fit correctio iuris per legatorum imputationem, cum sint magis priuilegiata, quam per capionum ob caussam, quae restrictiore & pauperiore gaudent natura, vt supra fusius: nec est incóueniens, quod quemadmodum extra imputationem communem sequuntur fortunam, eamd. intra imputationem persequantur. CAMP. iam tuo arbitratui concesseram, quae magis arrideret, opinionem amplecti. TAMB. ita est,

ita eſt, verum amabo quare id permiſiſti. CAMP. Scio enim quanti ſit ingenium, & acrimonia tui iudicij. TAMB. Vtinam vti exiſtimas, ita eſſet, ſed vt meam agnoſco tenuitatem, ita amantiſſimum tuum in me deſiderium; faciſq. vt video, diligẽtis more Agricolae, qui poſtquam nobiles plantis inſeruit ramos, vberes ac nobiliſſ. ab ijs exſpectat fructus: & medius fidius fateor iure à me, ſi tua ſpectetur induſtria, quodcũq. praeiudicas, exigi: ſed vereor ne meum ingenium, vti ſterile ſolum, optimum fallat cultorem. Si quid tamẽ à me boni umquã eueniet, iam me tibi acceptum ferre non te latet; ſed ne plurib. multus & ineptus ſim: ex dictis iam ſuperius alia mihi videtur oriri dubitatio, quae commouetur etiam à Recentiorib. Vtrum ſi
130 quod erat ſoluendum à cohaerede † propter implendam conditionem, perſolutum fuerit illud in quartã quaſi per compenſationem ita dictante l. Neſennius imputari debeat? CAMP. etenim magna dubitatio eſt, & ſcriptores vtramq. pugnam committunt; imputari negarunt Bar. Bald. Ang. Cum. Alex. Caſtr. & alij frequentiores in hanc iuerunt ſententiam: pro qua expenderunt d. l. Neſennius, ideo compenſationem ibi locum habere, quia vtraq. pars poſſidebat, quo caſu facilius compenſatio, ſiue in falcidiam imputatio videtur admittẽda. illud inſuper addi poteſt, in vna eademq. re plura non concurrere ſpecialia l. prima C. de cond. ob cauſ. Dec. cum alijs in l. ſingularia ff. de reb. cred. quorum primum extitit, ſolutum ob conditionem cõtra l. noſtrae regulam in falcidiã imputari; ſecũdum eſſet ſpeciale, quod imputaretur contra formam d. l. Neſennius, quae ſupponit vtrũq. poſſideri & per doli exceptionem compenſari poſſe. Diuerſam vero opinionem amplexi ſunt Cinus, & magna Nouiſſ. pars, ſcilicet vt eo modo ſolutum impu-

tari debeat, quam sententiam veriorem esse ex alijs rationib. quam nostrorū, & fortasse potiorib. demonstrabitur, & omnisso notissimo eorum fundamento in l. Haeredi ff. de his quae vt ind. & l. si quid ff. de cond. & Dom. Illud mihi vrgere videtur, quod haeres, qui solutum implendae conditionis caussa accepit; si plus petat pro falcidia, doli exceptione repelli potest: vt in d l. Nesennius. Nec verum est, quod aliqui dicunt, post solutionem doli exceptionem euanescere, quoniam quinimo qui petit quod non debet, dolo facere intelligitur l. prima C. de plus pet. §. plus autem inst. de Act. Secundo pro confirmanda acutissimi Cini opinione considerandum est, quod nō debet esse deterioris conditionis qui soluit conditioni parēdo, quam qui nihil soluit auct. Hoc amplius, & l. vlt. C. de fideic. Non ommittam quod facilior erit compensationi locus post solutionē, quā antea; quia commodior accepti in falcidiam imputatio fiet, quā eius, quod non dum habuit arg. l. nostrae in vers. sed in fideicommissaria, & l. cum quo §. vlt. eod. titulo. Cui cōuenit quod supra in altera quaestione decisum fuit, cū haec ab illa pendeat; hoc est, si quod soluendum erat, in falcidiam imputabatur: ergo multo magis imputabitur quod solutum iam est. Nec obst. ponderatio d. l. Nesennius, dum vtramq. partem possidere expendebant, namq. vt opinor, non ex ea caussa l. Auctor mouebatur: sed potius ex aequitate, quae tā in vno, quā altero casu redundabat. Neq. facit negotium impossibilis specialium concursus, siquidem negamus talem hic esse concursum, nam si diligenter aduertatur eiusmodi compensatio normam d. l. Nesennius non egreditur: si ponderentur verba prout subtiliter hic Soc. ponderauit, nec non etiā eiusd. l. fundamentū, quod in aequitate consistit. Atque ex his prima l. nostrae

pars

pars principalis expedita sit. Nunc alia secunda subit ibi, sed in fideicommissaria, cuius facti species nullo alio modo luculentius fingi potest, quam prout in tex. iacet. Ratio vero dubitandi poterat forsan ex ijs, quae Paullo supra retulimus oriri, dum quartā ex treb. haereditatis quartam esse non negauimus; verum cum caderet dubium, quare in quartam ex falcidia non imputarentur legata, fideicōmissa, & id generis reliquae secundum com. opinionem responsum fuit, quoniā ea Quarta debet esse haereditatis, & ideo non imputari, nisi quae iure haereditario capiuntur. Nunc fere ad eius imaginem, ead. de illa ex trebelliano ex fideicommissaria haereditate retinenda conclusio foret; cum pariter ipsa, vt supra fusius explicuimus; haereditatis quarta credatur: & nihilominus ex contrario auctor Martianus in haec verba perbelle diffinit, sed in fideicommissaria haereditate restituenda, siue legatum datum est haeredi, siue praecipere, vel deducere, vel retinere iussus est; in Quartā id ei imputatur. TAMB.
131 eiusmodi diuersae imputationis quae fuerit ratio † non potui adhuc recte percipere, quapropter si placet demonstra. CAMP. Non erit hoc intempestiuum tradere, variae & diuersae in omnem partem fuere disputationes, cōmunis tamen opinio ab Accursio fuit hic in vers. id ei imputatur, qui dixit magis indulgere falcidiam detrahenti, quam trebellianicam; quia diutius in vniuersum nouis emergentib. creditorib. cunctis onerib. suppositus esset: ideo releuari in alio, vt nisi, quae haereditario iure capiuntur, in quartam imputare teneatur. Diuersum vero in altero trebellianica vtente, qui cum non in vniuersum, sed pro quarta tantum sit obligatus; in alio grauari visum fuit: vt omnia vicissim, quae in falcidiam non imputantur, in suam Quartam imputare grauaretur. Franc. Ripa Accur-

cursiana solutione minime contentus, quòd falcidiae retentio fiat aere alieno deducto; hanc pulchram in medium protulit sententiam, in falcidiam iccirco nō nisi quae iure haereditario capiuntur imputari: quia a l.12.Tab.vltra dodrantem legari prohibitum fuerit. aduocat §. nouissime Instit. titulo eod. Addi potest tex. clarissimus in l. prima in 2. responso ff. eod.quare omne, quod delibatum de legatis reperitur, cum haereditario iure percipiatur, vt etiam supra diximus, in quartam falcidiam imputabitur. In treb. vero omnia imputari debere, quia vltra dodrantem fideicommitti non reperitur a leg. prohibitū; proinde haeres quartam a leg. sibi tributam conuocatis fideic. siue haereditario iure habeat, siue alio quocūq. deducet. Occurrit etiam tacite illi obiectioni, quare legatorum particularium Quarta, magis a l. angustata sit, quam fideicommissorum vniuersalium; cum vtroq. casu haeres quartam consequatur: respondit Ripa quod quā quam vtroq. casu occasione quartae haeredi prouisū sit, non tamen ita large legatarijs, quemadmodum fideicommissario vniuersali, & rationē esse dicit, quia per legatarios haeres cogi non possit vt adeat, à fideicommissarijs autem cogatur l. cogi §. & generaliter ff. ad Treb. Cui Ripae opinioni congruit, si bene inspiciatur, quod Alciatus retulit Parad. lib. 6.c.4. TAMEN si libere liceat quod sētio dicere, placet magis opinio Ripae, quam illa communis; in quam ego etiam aliquib inueharrationib. & primo magis grauatum, maiori solatio releuandum esse l. secundum Naturam ff. de reg. iur. cum sim. sed qui restituit totum, est magis grauatus, ergo. Secundo Haeredi, qui haereditatem restituebat, pro quartae deductione magis fuisset indulgendum, quia maius requiri remediū videbatur, ne haereditatis restitutio periret; quam ei, qui legata

prae-

praestabat c. vbi periculum de elect. in 6. CAMP. quã uis nõ inelegãter dubites, attamẽ scias, non obst. etiã quod contra Ripa induxit, com. illam opinionem nihil de primo suo robore amisisse; nanq. licet aes alienum ante legatorum praestationem deducatur, l. in computanda C. eodem: negare nihilominus non possumus, quin interdum aes alienum diu contra haereditatem occultum delitescat l. scimus §. pen. C. de iur. delib. quod & ipse fatetur in fin. suae obiect. Non obstat quod afferebas de magis grauato, quia id non inficior; sed magis grauatus est haeres † legis falc. benefi-
132 cio vtens, qui se onerib. haereditarijs non exonerat, sed semper haeres permanet; quam qui restituit haereditatem: etenim si coacte restituat, ab omni se periculo eximit l. quia poterat ad treb. si non coacte pro rata suae quartae tantum subijcitur periculo. §. antepen. instit. titulo de fideic. haer. Nec obst. quod secũdo dicebas de magis indulgendo ei, qui restituit haereditatem ne periret restitutio; nam respondeo remedium huic periculo fuisse ad eum modum allatum, prout Ripa tacite obiectioni suae occurrens respondebat: nempe haeredem ex treb. restituere à fideicõmissario cogi posse vt diximus ex d. l. cogi cum sim. à legatario vero non posse, facit tex. in l. si quis ommissa ff. si quis om. ca. test. Atqui huius cit. l. argumẽto Mattes. aliam tradidit rationem hoc est, leges magis Vniuersalib. fideicommissarijs haeredis personam repraesentãtib. fauisse, quã particularibus successorib. quae ratio tam & si ab Alc. inaniter oppugnata sit, nihilominus lepidissima est. TAMB. ea quae contra Com. addiscendi magis gratia, quam contradicendi proposui, nihil facere ex tuis responsionib. iam liquido perspicio; quinimo te cum com. esse, dum obiectioni Ripae responderes mihi persuasi: sed vt ingenium parũ-

per

per exerceam, possemus ne forsan dicere ideo minus astricte fuisse actum cum quarta falcidia, quia illius deductio non esset contra testatoris mentem: quemadmodũ trebellianicae l. titia hoc titulo nostro. CAMP. posse dici negarem, quia tam trebellianica, quam falcidia cum expresse non sit permissa, secundum magis
133 com. opinionem contra testatoris mentem induci † concluditur. TAMB. hoc haud approbarẽ, nam quãtum attinet ad falc. id potius fieri secundum testatoris mentem, in treb. vero contra putarem: quod colligi potest ex illis verbis d. l. Titia, quoniam contra sententiam matris fam. l. falcidia induceretur. Additur praeterea quia complures Doctores referẽte Andrea sic. in c. Raynaldus de testam. existimarunt falc. secundum testatoris mentem, & non contra detrahi; Idéq. firmarunt Io. de Anan. cons. 67. Curt. cons. 76. Dec. cons. 257. & alij complures quos breuitatis studio taceo: quare meam illam opin. adhuc posse procedere non obstante responsione facta putarem. CAMP. etiã si non omnino contemnenda ratione, nec non multorum auctoritate pro tuae sententiae confirmatione vsus sis, contrarium tamen facilius defendetur, & veritati magis cõsentaneum erit: quod manifestius fiet, si obiectis respondeamus. Non obstat itaq. quod ex
134 verbis d. l. titia † colligas trebellianicam contra testatoris mentem retineri, & falcidiam non item; quia si diligentius animaduertatur, potius diuersum habere intellectum patebit. nanq. ibi eiusmodi incidit facti species. Titia testatrix titio eius fratre haerede ex tertia parte instituto, cui quaedã etiã praedia praelegauerat: eumdem titium rogauit, vt retenta quarta parte, haereditatem restitueret. Dubitauit Iulianus an illa praelegata integra retineri deberent nec ne, & in haec verba respondit, titium legata integra retinere debe-

debere, ſed in partem Quartã imputari oportere duodecimam partem praediorum, reddit rationem ibi in fine legis, quoniam contra ſententiam Matrisfam. l. falcidia induceretur: eo quia Quartae retentionem expreſſerat, hocq. veriſſimum eſſe demonſtratur illis verbis intermedijs, ſed ſi non eſſet adiectum, vt pars quarta deduceretur, totum Trientem praediorum l. falcidiae imputari oportere. Quamobrem non ſequitur, vt ex illis verbis, quoniam contra ſententiam &c. inferre debeamus trebellianicam tantum contra mentem teſtatoris induci: quinimo ſi induceretur contra teſtatoris, vel teſtatricis mentem fieret. vt ibi. Nec obſtat, quod quidam ex Doctorib. teſte Andrea ſicu. in d. c. Raynaldus contrariam ſequuti ſint opinionem, nempe falcidiam ſecundum teſtatoris mentem deduci, quia in eod. c. Imo. cum quo poſtea fuit com. opinio teſtante Ripa, falcidiam etiam, dummodo non ſit expreſſe permiſſa, vt ſupra diximus, contra teſtatoris mentem detrahi ſcriptum reliquit; nixus d. c. & d. l. titia: idemq. conſulti reſponderunt Petr. de Anch. conſ. 51. & Bertran. conſ. 153. Vnde ad ampliorem imputationem in treb. defendendam, non ſufficit aſſerere hanc contra teſtatoris mentem, illam ex falcidia potius ſecundum mentem teſtatoris induci: quia ſecũdum magis communem opinionem in hoc non differunt. TAMB. mirum in modum letabar quaſi nouam quamdam dictae l. Titia interpretationẽ attuliſſe, nec non tantorum virorum auctoritate confirmaſſe; verũ fateor veram non eſſe; quia veriorem, ac penitiorem inueniſti: & multorum auctoritatis ſplendorem, maiori quadã adhibita luce diminuiſti, & propemodum obumbraſti. Verum interim maior quaedam circa d. l. titia inceſſit animo dubitatio, ſuccurrit enim, quod eius diſpoſitio, id quod etiam omnes animaduertunt

M ſcri-

ſcriptores, non ſolum huic reſponſo aduerſatur, ſed etiam confirmatae concluſioni; quae dictabat, quod ea, quae iure haereditario caperentur, in vtramq. quartam fas erat imputari; quando in d. l. titia non totum Triens haereditarium praelegatorum praediorũ, ſed 12. dumtaxat pars imputabatur, exſpecto igitur tam arduae difficultatis explicationem. CAMP. non parui ponderis dubium moues, poſtquam tam valde confligandi ſcriptorib. anſá praebuit, & eos quaſi ceco quodam labyrinto inuoluerit; ſed recitatis quorumdam ante opinionib. dicam poſtmodum quid libere ſẽtiã: putauit Bar. ideo in d. l. titia totum, quod capiebatur iure haereditario, in quartam non imputari falcidiã, quia eo caſu ſecundum mentem teſtatoris retineri dicitur, & propterea ibi tantum quarta pars eius, quod capitur iure haereditario, in quartã imputatur. Secus autem quando falcidia detrahitur contra, vel praeter voluntatem teſtantis, quia tunc totum quod iure haereditario capitur, in quartam imputatur: prout in hac l. deprehendi & ita obtinere debere intelligit Bar. Et reddit rationem in d. l. titia, quia quando teſtator dixit, reſtituas retenta quarta haereditatis, ſignificari ex iſtis verbis, quod voluerit haeredem reſtituere, & ſibi retinere vnam quartam haereditatis, quae in falcidiã imputaretur. Hanc rationem arguit Petr. de Mat. in l. filium quem habentẽ & ibi Nouiſſ. Sen. C. Fam. Erc. quia nihil videretur referre, quod iuſſum eſſet, quartã retineri, quando id vel iure licebat etiam contra mentem teſtantis l. prima ſupra eod. Bar. infra in prima quaeſt. quaſi expreſſio nullum fructum afferat; cum tacite ineſſet, l. ſi arrogator ff. de Adopt. l. 3. de leg. 1. Sed huic ratiocinationi occurrit Bar. in d. l. 3. in fine, quod in d. l. titia expreſſio eius, quod tacite ineſt, cõmodum affert, quod alias non eſſet cõſequuturus; nã

ſi ex-

ſi expreſſa retinendi facultas data non eſſet, totũ prae legatorum trientem imputaſſet. At Niger ex alio in Bar. inuehitur, quoniam dum intelligit, retẽta quarta parte haereditatis, hoc eſt, vnam illam vnciam de qua ibi Tex. quae debeat in falcidiam imputari, ratio ni non quadrat; nam ſi quarta illa tota iure haereditario habetur, ergo tota debet in falcidiã imputari, non autẽ ſola vnica pars quartae. Sed tandẽ Mat. & quorũ dam aliorum opinio nib. ad nauſeam recitatis, ſibi parum cõſtans Bartolo adheret, & affirmat illius intellectũ verũ eſſe, quẽ ſcribit in d. l. titia, dum vult in verbis illis, quod retenta quarta reſtitueret &c. igitur retenta ſolum vna quarta eius, quod erat haereditariũ: alias verba teſtatoris forent ſuperflua contra l. ſi quando de leg. 1. Vnde ille ſequitur effectus, quod ea, quae alias imputationi erant ſubiecta, ſolitam imputationem effugiant: l. in l. falcidia aeris alieni & ibi Alex. ſupra eo. tit. ſed quia multa alia reliqua ſunt, quae vere ſcitu digna ſunt, non amplius in referendis multorum nugis immorabor, at paucis, quid ſentiam de d. l. titia, quodcumq. ſit, expediã. Exiſtimo igitur idcirco duodecimam ſolum partem praediorum praelegatorum Titium in quartam imputare, quoniã teſtatricis mẽs iam apparebat poſt haeredes inſtitutos, poſt reſtitutiones iniunctas, poſt quartam haereditatis retineri iuſſam, praedia quaſi integra habẽda poſt haec omnia praelegaſſe quaſi ab haereditate ſeiuncta; ſed quia dictorum praediorum triens ſibi iure haereditario aduenire videbatur: & conſequenter inuicem pugnabãt iuris rigor imputandi totum, Mens Teſtatricis vt praelegatum haberet totum, lecta eſt à I. C. tertia quaedã interpretatio non abhorrẽs ab illis verbis à Teſtatrice expreſſis, quae iuſſerat retineri quartam haereditatis, & conſequenter voluit, vt ex quattuor vncijs, vna im-

putationi cederet, aliae tres sibi praelegati nomine acquirerētur, perinde ac si tertio legatae fuissent; & hoc ipsum est, vt opinor, quod sapientissimus Acc. de mente Io. in d.l. filium quem habentē C. fam. Erc. in verb. haereditaria parte praedij reposuit in haec verba; Caeterū si cauisset testator, vt quartam retineret de haereditate, tunc fundus praelegatus esset praecipue suus, nec imputaret nisi tantum quantum retineret, etiam si alij fuisset legatus; scilicet quartam suae partis: vt si est vnus filius tres vncias, si tres vnam vnciam vt ff. ad l. falc. l. titia. TAMB. ex hac tam alta, & subtili declaratione, non secus mihi nunc accidit, quam solet illis, qui medio Mari sub atram noctem in horrida tempestate fluctuantes, quasi de portu desperantes; illico sancti Hermetis lucem vident sibi affulgere: fugasti enim omnes non modo ab ingenio meo tenebras, ex obscura, & varia d.l. Titia nō dicā interpretatione, sed potius perturbatione collectas, sed occultissimi sensus, quasi viam aperuisti. proindeq. in spem veni, vt si ad illam propositam supra quaestionem, videlicet cur plura in treb. quam in falcidiam imputentur, non dedigneris reuerti;

135 † sim proculdubio veram in tantis perplexitatib. assecuturus per te decisionem. CAMP. Durum est profecto, inter Doctores magnopere inter se pugnantes, veritatem elicere; sed inter tot opinionum turbas, ommissis Baldi, Cornei, & nouiss. commentis ab alijs praeterea reprobatis, quamuis propositam dubitationem, quasi veri imaginem habentem ex eorum dictis disceptando defendi posse putarem: Attamen à communi vti securiori nullo modo discederem. Quam praeter alios hoc modo confirmarem, quod prius ille haeres magis intelligatur esse à testatore adamatus, quem haeredem sibi esse voluit, non autem haereditatem restituere, arg. eorum, quae not. in l. Pre-

l. Precibus C. de Imp. & alijs subst. ex qua re concernitur testatorē in ipsius haeredis persona, quasi adhuc viuentem velle superesse arg. §. hoc autem Auct. de iur. iur. à mor. praest. quod & à iure confirmari videtur, postquam nihil testator sibi reliquit, in quod haeres vniuersali quodam titulo, & facultate nō succederet l. Nihil ff. de verb. sig. At haeres alius postquam tres retinet solū vncias, & reliquas restituit, nec ipse, nec alter scilicet fideicommissarius integram testatoris imaginē repraesentat; sed quasi per manus dissipat, & reuoluit: & propterea mirandum non esse, si plura qui ex treb. restituit, quam qui ex falcidia in quartam imputet. Verum ex his pro more conclusionem repetamus, nempe, Quodcumq. ex testamento capitur in treb. imputari; ex qua diuersitatem ab illa ex falcidia cognoscere potes, in quam ea, quae iure haereditario capiebantur, tantum imputabantur: in hanc vero Trebell. non solum quae iure haereditario, sed etiā quae iure legati, fideic. caussa cond. implendae, & in summa omnia, quae, vt diximus, ex testamento capiū tur, plenissime imputantur. TAMB. Huic repetitae cō clusioni vehementer videtur aduersari textus in vers. sequenti incipiente, pro ea vero parte, quem secundā particulam superioris secundae partis principalis, dū tex. diuidebas, dixisti; quo loci in Treb. quod a Cohaerede accipitur, non imputatur: in illis verbis, pro ea vero parte, quam accipit à Cohaerede, extra quartam id est, quod a Cohaerede accipitur. CAMP. Non absq. ratione dubitas, quia prima fronte illa secūda particula in vers. cit. multum aduersari conclusioni nostrae videtur, sed si rectam, ac verā ei accomodemus
136 intelligentiam, † non prout à Doctorib. varie exponitur, declarantem magis ipsam conclusionem, quam ei aliquo modo aduersantem reperiemus: quod si itidem

dem in omnib.alijs huius respósi particulis faciemus, non nulla postea dubia subinde sequentia dilucidabimus. Sed redeundo ad vers. propositum, haec in eo à scriptorib. facti species depingitur, fuisse duos puta haeredes institutos, & eorum alterum, cui praedium fuerat praelegatum, haereditatem iussum restituere; cum deuentum esset ad haereditatis restitutionem, fideicommissarius dictum praedium praelegatum petebat in quartam partem imputari: Haeres vero contra totum extra quartam habendum fore cótendebat. Ea forsan ratione dubitandi ductus, quia quod partim iure haereditario, & partim iure legati caperetur, nó illa solum pars haereditaria computaretur; sed aut totum, aut nihil: ne vna, & ead. res diuerso censeatur iure contra l. Eum qui aedes ff. de Vsucap. Qua non obst. contra Marcianus respondit, vnam dumtaxat praedij partem imputandam, hoc est illam, quam iure proprio & haereditario Haeres habuisset, si praelegatum non fuisset: aliam vero, quae ad Cohaeredem pertineret, non imputari, reddens in illis verbis rationem, quod à Cohaerede accipitur, id est quia de parte Cohaeredis, non de sua accipitur. Etenim hoc modo praeter scriptores exponendum censeo, nam dictio, quod, vt notum est, significat quia l. Praetor ait §. deinde vna cum gloss. ff. de Nou. op. nunc. TAMB. aut ego quã explicasti intentionem non intelligo, aut adhuc dubium ex praedicto vers. pro ea vero parte ortum, non est dissolutum; postquam in praecedenti vers. sed in fideicommissaria indistincte dicitur legata, fideic. praeceptiones, & similia esse in hanc treb. quartam imputanda: At cum dictum praelegatum, quod pro haeredis parte accepit, sit saltem in ea parte legatum, consequens est vt eid. quartae imputetur. nisi detur fortasse locus opinioni Ripae & Alciati putantium d. vers. pro

ea ve-

ea vero parte, esse intelligendum, quando aliquid de bonis proprijs Cohaeredis legatur. CAMP. Non dabitur, quia eorum opinio duob. laborat vitijs; primo cum nimium tex. nostrum restringat, dum indiscrete loquitur, contra l.cum de indebito in fin.ff. de Prob.l. primam ff.de leg. praest.l. regula §. vlt. ff.de iur. & fac. ignor. Secundo quoniam ex aduerso legata de bonis proprijs Cohaeredis in treb. imputari non debere, vrgenti video defendi posse ratione; nam si partem praedij praelegati non imputat, quod esset testatoris: multo minus bona Cohaeredis propria, in quib. testator nullum ius proprium habebat. TAMB. Non obst. ijs rationib. in contrarium adductis, adherere libentius Alciato, qui in d.c.4.Parad. in vlt. col. scribit, quod
137 haec haeredis bona fingentur esse testatoris, † & consequenter ipsius opinio notam effugiet. CAMP. vtinam Alciatum, virum alioqui eminentissimum, cuius parem vix vnquam edet Italia, latrent quantum velint eius impares; in hoc excusare possem: tum quia id ipsum excellentissima eius virtus promereretur, tum quod Francisco Alciato Cardinali vere in omni virtutum genere amplissimo, & viuenti, & defuncti ipsius manib. non id solum debetur, sed quicquid ab homine multis officijs deuinctissimo praestari posset. Sed nequeo certe, quando iuris fictiones non nostro, sed tantum legislatorum arbitratui inducere sit permissum, quod & sentisse videtur Bar. in l.si is qui pro emptore ff. de vsucap. Deinde si talem fictionem concederemus veram esse, nō ne oporteret pro dimidia parte imputari, pro alia non imputari? Ego autem perplexitatem hanc ita posse conciliari putabam, Si praecedentem uers., Sed in fidecommissaria, loqui intelligamus de legatis & fideicommissis restitueti haeredi ab vniuersali fideicommissario, siue legatario praestandis

dis

dis mouent haec sequētia huius legis verba, siue praecipere, deducere, vel retinere, quae etiam ipsa legata dicuntur, siue fideicommissa particularia l. peto in princ. & l. cum pater in principio ff. de leg. 2. quae sententia frequentiori calculo recepta est. TAMB. Quare magis talia legata imputabuntur, quam portio illa praedicti praedij ex parte cohaeredis praelegati? cum vtrumque legatum siue fideicōmissum dicatur? quando diuersa non possit ratio assignari: nec proinde diuerso iure censeri, vt in dubitandi ratione dicebas. CAMP. Responderem differentiae hanc esse rationē, quia quod haeres à legatario, siue fideicōmissario vniuersali, siue particulari, quibus rogatus erat restituere accipiebat, illud quidem ex haereditate esse cōstat; vt ex prima tex. decisione probatur, vbi legata, fideicommissa, & reliqua non imputantur: non quia, non ex haereditate sint, sed quia haeredum fauore factum est, quibus testator magis consulere voluit, quam legatarijs, siue fideicommissarijs. Verum quod minus videtur habere difficultatis, dictum vers. ita intelligi
138 posse cogitabam † Finge igitur testatorem duos fecisse haeredes, & ab altero puta Titio, alteri cohaeredi puta Sempronio haereditatis partem restitui mandasse; & rursus Sempronium, vt suam haereditatis partem restitueret alicui puta Caio, rogasse. Dubitatum est, an à Caio Trebellianica deduci posset, Marcianus respondet deduci posse, nec partem cohaeredis in quartam sibi imputari; quia illa non est de suae haereditatis parte, sed ex parte cohaeredis: isq. noster intellectus confirmari poterit ex l. Marcellus §. quidam liberis cum alijs alleg. à gloss. ff. ad Treb. Secus autem si testator dixerit quicquid ad se peruenerit, restituat, vel simpliciter portionem restituat, ex praedic. iurib. ibi in gloss. cit. facit l. cum virum C. de fideic. TAMB. ex decisione

cisione

cisione praedicti vers. maxima mihi suboritur dubitatio, namq. quotiens aliquod à cohaerede corpus praelegabatur partim iure haereditario accipi, & pro ea parte in quartam Falcidiam imputari respōsum fuit; pro ea vero parte, quae à cohaerede non item: quod & in d. vers. de Trebellianica patet esse rescriptū. Quare in vtraq. Quarta circa imputationem, cōtra ea quae superius dixisti, idem esse confiteri cogimur. CAMP. Bar. fatetur idem esse, quando corpus haereditarium à cohaerede praelegatur; sed quando corpus nō haereditarium, vel aliquid aliud non à cohaerede, sed ab alio extraneo praelegatur, tunc secus: & differre falcidiam à Treb. cum in eam nihil imputetur, in Trebellianicam vero totū. TAMB. Quae ratio potest esse,
139 quod corpora † non haereditaria in quartam Treb. imputentur in totum vel à legatarijs, seu à fideic. siue à cohaeredib. legentur. Corpora vero haereditaria a cohaerede praelegata non nisi pro dimidia parte, quae tāquam propria à cohaerede accipitur, in Treb. imputentur; alia vero pars, quae iure legati, neutiquā? CAMP. Antiquorum opinio fuit, ideo praelegata huiusmodi non imputari, ne diuerso iure imputatio cēseretur arg. l. cum qui aedes ff. de vsucap. Sed Bar. tanquam leuem rationem incusat, & non iniuria, licet nil aliud dicat; sed certe quid interest, quod imputatio praedicta diuerso censeatur iure, cum imputationis finis nullus alius sit, quam vt expleatur? igitur de modo, vel diuersitate curandum non est, dummodo finem habeamus, patet exemplo clarissimo in l. Marcel. §. idem Pomponius ff. ad Treb. etenim pone haeredē fuisse rogatum haereditatem restituere, deductis legatis; & dubitatum vtrum solida legata praestanda essēt, quasi ex solo fideicommisso quarta detrahatur, an vero & ex legatis, & fideicommisso. Aristonem respon-

N disse

disse ex omnib. detrahendam, tum ex legatis, tum ex fideicommisso, & consequenter ex diuersis iurib. quare cum imputatio esset facienda, nihil impediret, quin diuerso censeretur iure. Quinimo, vt ad priorem casum redeamus, si diligentius consideremus post quam dictum praelegatum puta fundi, diuerso accipitur iure, si huic difformi principio, difformis imputatio succedat; eodem potius iure, quo accepit, quam diuerso imputatio fieri videbitur. Non obstat l. eum qui aedes, quia vt ibi patet, de diuersitate absurda temporis, & possessionis, loquitur; quod super eadem re cadere posse, absurdum & minime iure ciuili conueniens esse respondet Iauolenus: ac de vsurpando alterius iure, & consequenter de re odiosa quemadmodum est vsucapio l. prima ff. de vsucap. Nec Baldi ratio placet, dum diuersas qualitates in vnum computari non debere asseruit; nanque vt confutetur ead. vt supra ratio suadet, eo magis quia corpora mixta omaeomera teste Philosopho non fierent, nisi diuersae concurrerēt qualitates: nec etiam corpora crearentur nisi ex diuersis concurrentibus instit. titulo de exhaer. lib. l. maximum vitiū C. de lib. praet. Nec multum satisfacit illa ab Alciato tametsi subtiliter recitata in d. c. 4. Parad. lib. 6. quod quando praelegatur corpus haereditarium pars dumtaxat haereditaria computatur, quia respondet Pegasiano S.C. §. sed quia inst. de fideic. haer. Corpus vero non haereditariū ideo totum imputari, quia fingat lex illud esse haereditarium; quae fictio non potest habere locum in haereditaria praelegati corporis parte: nam videretur à semetipso sibi legari l. qui filiabus §. vlt. ff. de leg. 1. §. non solum inst. titulo de leg. quae ratio non ineleganter hic à Soc. impugnatur, & ideo nō insistam. Nouiss. tandem repet. aliam tradiderunt rationem ex reg. l. eum qui ff. de iur. iur. vt cum quis iure hae-

re haereditario grauetur imputare, releuetur in ea par
te quae ad legatum pertinet; ſed hoc nihil facit, quia
non intelligitur grauari qui ſecundum leges imputat.
Et denique relictis alijs differentiae rationib. exiſtima
rem eſſe conſiderandum, quod iuris Auctores inter co
haeredes aequitatem magnopere ſeruãdam eſſe incu-
buerunt, vt in cit. ll. Neſennius, & filio ff. eod. & magis
ipſos adamaſſe cohaeredes, quam eorum fideicómiſ-
ſarios: ac propterea praelegati fundi haereditarij par
tem iure legati Teſtatores fore accipiẽdam, quaſi prae-
cipuo iure, in animo habuiſſe creduntur. & cum ſolũ-
modo pars ipſius dicti haeredis, & nó cohaeredis eſ-
ſet reſtituenda arg. d. l. Marcellus, non poterit praeſu-
mi praedictam haereditatis partem ad fideicómiſſa-
riorum vtilitatem fuiſſe relictam. Additur etiã quod
poſtquã praelegatum haereditarium relinquebatur,
quaſi ex teſtatoris voluntate Treb. haeredes detrahe-
re praeſumantur; vnde cum ijs Mitius agendum vt in
cit. l. Titia ff. eod. colligenda erit itaque ex d. verſ. con-
cluſio eiuſmodi. Id, quod pro parte cohaeredis acci-
pitur, in quartam Treb. non imputari: declarando vt
140 diximus. Nunc ad tertiam particulam in verſ. ſed etſi
accepta deueniendum eſt, vbi ſi teſtator haeredi man-
dauerit, vt centum acceptis, haereditatem reſtituat,
diffinit I.C. illa centum in quartam ex Treb. fore im-
putanda. Dubitari ex eo poterat, quod ſicut pecuniae
accipiendae non imputantur in falcidiam, ita nec in
Trebellianicam; quaſi nulla poſſet afferri diuerſitatis
ratio: Sed ea non obſtante contra reſcriptum eſt, & pro
ratione Marcianus vtitur auctoritate Diui Pij, qui
mos eſt apud I.C. vſitatus, vt in l. prima ff. de reb. cred.
l. cum filio familias de leg. 1. quod apud nos ita demum
receptum eſt, ſi probati doctores allegẽtur vt per Bald.
in l. conuenticulam C. de epiſ. & cler. Panor. in c. primo

N 2 col.

col.vlt.de constit.notat.Mar Soc.in d.l.cum filio not.3. TAMB. Et idem Mar. Soc.hic aduersus hanc decisionem alicuius momenti difficultatem mouet, videlicet dictas pecunias debere saltem pro parte imputari, & pro parte non imputari: prout in praecedēti vers. pro ea vero parte, memini accepisse. CAMP. Sed facili occurro responsione, aliud esse in pecunijs, aliud in alia re praesertim immobili; quam nostri modo speciē, modo corpus appellant: quam distinctionem tradidit Papinianus ex rescripto Diui Adriani in l. deducta §. nummis ff.ad Trebell.cum concor.ibi à glos. alleg. eā reddens rationē, dictas omnes pecunias posse de portione retineri; at vero res immobiles non ita: diuisionem enim particularem expectāt.cui congruit, quod refert l. 2. ff.de reb.cred.facile scilicet recipere functionem in genere suo. TAMB. Quamuis tuam responsionem receptissimam esse habeam pro comperto, attamen ab illa summa aequitate, qua moti fuerunt I. C. in dictis ll. Nesennius, & l. filio, alienissimam apparere nemo est, qui non videat: cum haec distinctio magis à diuersa rerum qualitate, quam à iusta quadā perpensa ratione desumatur. CAMP. Vt huic satis nō leui faciam difficultati, eam distinctionem ad memoriā censeo reuocandam; aliter in plerisq. negotijs ex rigore iudicari, in plerisq. ex aequitate: vt eleganter annotat Budeus in l. prima ff.de iust.& iur.Not.in l. seruum §. sequitur ff.de verb. oblig. quae porro cogitatio mihi occasionem praebet, vt obiectioni supra dubitandi commotae, congruam afferam, vt puto, responsioné; mirum non esse si pecuniae ab haerede perpetuo acci
241 piendae † in Falcidiam non imputentur; ab eo autem qui extemporaneus est successor, vt is est, qui grauatus est restituere, contra fiat: quando alter à se haereditarium onus abdicat, alter vero perpetuo infixum re

tinet

tinet, cui magis faueri multo est aequius in ratione imputationis. Ad quod accedit euidens quasi quaedam testatoris voluntas multo procliuior in eum, qui ipsius perpetuo refert personam; quam qui cito mutans, vniuersalis amplius testatoris non est successor. Scio aliter fuisse responsum à Matas. in d. l. filium quem habētem C. fam. Erc. & non quidem prima fronte insubtiliter, inquienti, cum in vniuersalib. pretium succedat loco
142 rei †, vt in l. Sed etsi lege § primo ff. de pet. haer. licet secus sit in particularib. quasi diceret, qui haereditatē restituit, & nummos recipit, eos tanquam ius haereditarium referentes, recipere; ac propterea in quartā Treb. imputare. Non idem esse cum haeres pecunijs acceptis legata iubetur soluere, pecuniae nanq. illae, ius haereditarium redolere, non videntur. Sed haec colorata ratio, si ipsius faciem detegamus; nō est quippe talis, quam prefefert; primum enim non est absolute verum, quod pretium dumtaxat in vniuersalib. rem ipsam, siue ius referat vniuersale, nam & rem quoque particularem referre certum est, manifeste probatur in d. l. Sed etsi lege §. primo, vbi ex re vendita pretium illa actione petitur, non res eo pretio empta, quia pretium rem, non autem res empta rem venditam repraesentat. Secundo conuincitur non esse veram solutionem, quia pecuniae, quas haeres iussus erat accipere, & legata soluere, sine dubio erant haereditariae; Vnde non cadit disputatio an succedant loco rei siue vniuersalis, siue particularis, tertio manifeste constat Matas. opinionem reprobandam esse, quia loquitur de pretio, & nulla tamen est in eiusmodi casu venditio, quin nec etiam imaginaria: quare rationib. alijs supra allatis adherendum esse putarem. TAMB. Ita faciam; verum necesse erit, aliam afferas solutionem aliae dubitationis, quae denuo insurgit, propter illa verba, ac-

ceptis

143 ceptis nummis † restituas,quae in conditionem resolui videntur; puta si acceperis centum restituas: vt cõmuniter cũ Bar. scribunt Doctores in rub. ff.sol. mat. Vnde arbitrium erit haeredis num velit accipere, & restituere. CAMP. Scias non esse perpetuum,vt abla tiui absoluti conditionem significent, sed modum potius, vt per Doctores eod.in loco & in l. A testatore ff. de cond. & dem. facit tex. in l. acceptis ff. eod. titulo. Sed quae eius decisionis ratio fuerit, videndum est, & illam fuisse clarissime demonstratur; quia testator explicite vniuersam haereditatis partem iusserat restitui solis centum deductis: quare non solum succedit regula vulg.l.ille vel ille ff.de leg.3.uerum etiam vbi mẽs ex coniecturis colligi posset, vt toties diximus per l.licet Imperator ff. de leg. 1. euidenter apparere diceretur. Retineamus igitur ex his conclusionem, Haeredem, qui acceptis pecunijs haereditatẽ restituere grauatus est, totas in quartam, nisi aliter de testatoris mẽte constet, imputare debere. Subsequitur modo quarta particula in vers. sed & quod conditionis implẽdae, quae videtur pendere ab illa praecedenti propter illa verba, in ead. causa esse admittendum, vbi in summa deciditur,quod quae conditionis implendae causa ca
144 piuntur,in quartã ex Treb.imputantur.† TAMB. Immo contrarium decidẽdum esse videbatur, tam ex supradictis rationib. in d.uers. pro ea vero parte, quam etiam ex eo,quod habetur in l. paterfiliam hoc eod. titulo, scilicet id ipsum, quod extra haereditatis caussam accipitur, in quartam non imputari: vt est ibi casus de dote praelegata. Sed quae caussa conditionis à fideicommissario accipiuntur,aliunde accipi dicũtur; quia ex bonis ipsius fideicommissarij, non autem de facultatibus haereditatis capiuntur. Ergo. CAMP. Tua haec difficultas praeter alios commota,non parum vr-

get

get; quoniam haud inficiari possumus quin à fideicommissario datum extra haereditatem sit, igitur extra quartam: Verumtamē primo respondere id quod accipitur conditionis explendae caussa haereditariae rei vice fungi; quia si ad aestimationem haereditatis restituendae perueniatur, tanto minus haereditas fideicommissario restituta valere censebitur, quanto plus restituenti praestiterit: nec noua talis aestimatio potest videri, postquam huius legis auctor in fine illā cōsiderauit: licet diuersam decisionem in Falc. propter differentes rationes attulerit. Secundo quia si praedictas pecunias non soluisset, in bonis haereditarijs Trebellianicae detractionē passus esset; igitur quod praestat illius portionis locum subit, illamq. repraesentat arg. eorum quae scribunt doctores in l. prima §. vlt. ff. de off. eius. Accedit etiam quod cum fideicommissarius vniuersalis omnib. onerib. haereditarijs obnoxius fiat pro rata translatis, vt in §. ante pen. inst. titulo de fideic. Haer. sequitur vt pecunias haeredi ab ipso datas in computationem oneris haereditarij sibi à testatore illati soluisse existimetur. Confirmarem postremo solutionem eiusmodi pecuniae, quae conditionis caussa capitur, & occasione haereditatis, haereditariam dici l. id quod, & l. Quod autem eodem Titulo nostro: Quare non obstat allegata l. paterfiliam, quia dos de qua ibi nullo modo pertinebat neq; ex caussa mortis ad haereditatem patris, neque ex caussa vitae ad illius dispositionem; verum ad filiam spectabat, sine cuius consensu pater exegerat contra l. 2. §. primo ff. sol. mat. vel vt diximus secundum l. C. mentem ibi, quia dos non inueniretur in haereditate patris. TAMB. Resolutis ijs, aliae offeruntur dubitationes, primo ex responso Vlpiani in l. si quis sub conditione ff. si quis omis. ca. test. vbi illi, in cuius personam conditio collata erat,

ta erat, non ſubuenitur; ea ratione, quia neque legatarius &c. & in verſ. noſtro fideicommiſſum cauſſa cõditiónis explendae dari confirmatur: ergo ad inuicem pugnare videntur. CAMP. Bar. ad hoc ex mente Iac. de Aretio reſpondit fideicõmiſſum haeredi dari, hoc eſt haeredi iniungi ab ipſo praeſtandi cauſſa, id eſt cũ cauſſa implendae conditionis ab ipſo ſcilicet fideicõmiſſario; ſubtilis equidem ac perpulchra reſponſio: nihilominus ego reſponderem forſan clarius, ideo d.l. ſi quis ſub conditione non obſtare, dum ibi reſponſum eſt legatarium non eſſe, profectò rectè loqui, poſtquã nullam habet actionem, vt ſolent alij legatarij habere vt l. prima & ſecunda. C. com. de leg. ſed tamẽ largo vocabulo vt ſupra, quia eorum fidei datio commiſſa eſt, fideicommiſſarij dici poſſint. TAMB. Acquieſco, verũ quid dicemus de illo excelſi ingenij Papiniani reſponſo in l. acceptis hoc eod. titulo noſtro, quod pecuniae
145 acceptae in quartam Trebellianicam nõ imputẽtur? † nõ ne reſponſum hoc verſ. noſtri deciſioni videtur ex diametro opponi? CAMP. Si rectè ac penitius inſpiciamus, nullo modo dicemus opponi; vt acute inſpexit Bar. conſiderans ea de cauſſa pecunias acceptas in d.l. acceptis in quartam non imputari: quia penes haeredem perpetuò non erant remanſurae. TAMB. Non niſi veram Bar. reſponſionem eſſe oſtenditur apertiſſime ex ipſiſmet I. C. verbis, ibi, Tunc enim ex conſtitutione Diui Adriani, Falcidiae ſatisfacit ea quãtitas, cum apud haeredem remanet. Sed maior in eo tex. inceſſit dubitatio, prout Doctores hic dubitarunt, quomodo fructus intermedij temporis illarum pecunia-
146 rum in quartam non imputentur; † cum etiam ex alio Papiniani reſponſo in l. quod bonis §. fructus, iuncto illo Aphricani in l. qui quadringenta §. vlt. hoc tit. noſtro, medij temporis fructus cõſiderari ſoleãt? CAMP.

Soc.

Soc.cui non multum Alex. dictum placuit, suam attulit dissolutionem, quod in d.l.acceptis haeres, qui pecunias habebat, parum erat industriosus, in ll.vero cõtrarijs secus: attamẽ hanc illa à se explosa deteriorem esse reor, quia praedictae ll. talem Soc. distinctionem non recipiunt, cum in altera de fructib. naturalib. vel saltem legitimis loquatur; in altera vero de vsuris ex quantitate legata pendente conditione percipiendis. Sed videamus quid dixerit Alex. affirmauit ille fructus imputari debere, & propterea haeredem detrahẽdo quartam, cautionem de pecuniarijs fructib. restituendis praestiturum; quam opinionem antiquiores Sen. sequuti sunt: sed neq. mihi satisfacit, quia immaginariam esse, & nullo iure vel ratione probari, si recte expendatur, manifeste patebit. TAMB. Quid ergo dicendum? CAMP. Ego rem ita diffiniendam arbitrarer, pecuniarum fructus regulariter, nisi ad vsurã positae fuerint, ad imputationem non pertinere arg. eorũ quae scribuntur in l. lecta ff. si cert. pet. & eo minus cũ tales fructus sine stipulationis interuentu, quod & in vsuris rescriptum est, non inducant obligationẽ l. prima C. de vsur. & instit. titulo de verb. oblig. in princ. Cui consonat quod de pecuniarum vsufructu legitur constitui non posse cum nec naturalis, nec ciuilis in iis fructus insit, licet aliter vtilitatis gratia sit acceptum §. constituitur inst. titulo de vsuf. quod ita demum locũ obtinet, si testator, vel aliquis alius vt ibi imponit; quod in d. l. acceptis à testatore factum non fuit; & cõsequenter dicendum est, haeredem, cum in mora restituendi non esset, non plures aut pauciores, sed quãtas & quales acceperat; restituere debere: per ll. cum quid, & l. quod te ff. Si cert. pet. Potest etiam & illud ad omnem tollendam difficultatem afferri, si à Papiniani mente discedere nolimus, ideo in d. l. Acceptis pecu

nias ab haerede acceptas imputationis effugium habere, vt scilicet extra quartam essent; quia propter sequẽs fideicommissum perpetuo non erant apud haeredem remansurae. Sed caussa fructuum medij temporis, de quib. quaeritur, fuit praedicta pecunia; igitur ad eius similitudinem ead. vtentur fortuna: nimirum vt extra quartã ead. ratione iudicẽtur. facit quod in simili caussae dignitas, caussati arguit dignitatem c. 2. de Praeb. in 6. l. restituẽdae in fine iuncta glos. vlt. C. de Aduoc. diuerso. iud. nec nõ quod iam omnib. est notum caussae & caussati idẽ esse iudiciũ l. Quominus de flum. l. & si amicis ad l. Iul. de adult. TAME. Resoluta tam perbelle superiori dubitatione nouiter alia serpit ex d. l. iubemus C. ad Treb. † in qua haereditates restituendae redditus in Treb. non imputantur, & tamẽ vt supra diximus, & secundum Bar. summarium, quodcunque ex testamẽto accipitur, computandũ est, fructus praecipue haereditarij l. in fideicommissaria ff. ad Treb. CAMP. Communis opinio, vt hic testatur Soc. referẽs cõplures antiquos idem tenentes in l. filium quem habentem C. fam. erc. fuit cum Bar. qui respondit per illam l. iubemus quoad liberos primi gradus esse alias correctas, verum id existimat quoad fructus tantum haereditarios, non quoad legata & fideicommissa, & alia similia, quia omnia computantur in quartam Treb. ex illo praecipuo fundamento, quod l. iubemus correctoria sit, & idcirco ad alios casus non sit producenda arg. auct. Quas actiones C. de sacros. eccles. & l. praecipimus C. de app. Contrarium tamen firmauerat antea glos. in d. l. iubemus in princ. in vers. haereditarijs, & glos. in l. Papinianus in §. vnde siquis, in vers. in Falcidiam ff. de inoff. testam. quae post nonnullas recitatas opiniones suam in medium proposuit, quam veriorẽ ac receptione dignam esse omnib. bene intuentib. patebit;

tebit, & vt eam probet, filiũ inquit in d.l. Papinianus §.cit. rogatum fuisse post certum tempus restituere, & cum certum tempus esset venturum, per cõsequentiã erat certum, quod quartam & eius fructus medio tempore posset percipere &c. In d. vero l. iubemus versa vice fuisse rogatum non ad certum tempus, sed sub conditione, quam non erat certum exstituram, vel nõ extituram, scilicet si decesserit sine liberis: nec erat certũ an posset pendẽte conditione quartam & eius fructus consequi. Quare cum in priore casu etiam secundum Bar. summarium in d.l. Papinianus fructus medij temporis in quartam propter tempus praescriptum imputentur; ita in sequenti casu in d.l. iubemus propter tẽporis incertitudinem non erunt imputandi. TAMB. Subtilis equidem ac veritati cõsona mihi videtur illa glos. respõsio, quae pene ad digitum illorum textuum intentionem demonstrat; ceterum quid de illa com. propter filios primi gradus erit dicendũ? CAMP. Dicerem nullo modo negotium facere, quia cũ eius praecipuum fundamentum sint liberi primi gradus, & ob eos eiusmodi decisionem in l. iubemus latam fuisse dicatur, nemini dubium est, in hoc non differre a l. Papinianus, cum etiam ipsa in liberis primi gradus loquatur, vt ostenditur manifestissime ex l. principio, & ex principio §. ibi cum ei sextans ex substãtia Testatoris deberetur; & ex titulo ipso de inoff. testam. sub quo situata est: quod etiam glos. in locis citatis expressit, & nihilominus fructus imputantur, quia eos in Falcidiam imputari, nõ esse incognitum Vlp. l. auctor clarissime respondit. Ergo non propter filios tantum factum fuis-
48 se in d.l. iubemus † fatendum est; sed propter diuersum restituendi modum à testatore iniunctum: vnde nullum correctioni locũ dari demõstratur. Nec quod Bartolo, & aliis doctorib. dubium fecerat, obstabit,

an illa lex extenderetur ad legata & fideicommissa, ad hoc vt neq. ipsa ad instar reddituum in quartá nó imputarentur; veluti Soc. probare conatus est, quamuis inaniter: quoniam si non admittitur correctio, igitur multo minus extensio, quae ex d. correctione pendebat. quamobrem ex dictis conclusionem retinere debemus, quod quae conditionis explendae gratia capiuntur, in quartá ex Treb. imputantur. TAMB. Nũc operaepretium esset quasdam intercidentes quaestiones proponere, nec non eas more solito dilucidare secũdum ingenii tui acumen; quare si libet proponam. CAMP. Antequam ad hoc deueniam, cõuenientius esse duxi, prius illam aliam Tex. nostri partem principalem in vers. si quid vero implendae, meliori modo quoad eius fieri possit declarare; propterea quod super ea, vt est illud Poetae, scinditur incertum studia in contraria vulgus: quorum maior pars, ad eam fertur sententiam, vt l. auctor quodammodo superius dictum repetat; quod credendum non est: quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora & aeque be
149 ne † vt inquit philosoph. & l. prima. Quod met. caus. & l. ampliorẽ §. in refutatorijs C. de app. namq. supra idẽ ibi vel implendae, decisum videbatur. Quare ne hac ipsa nota Martianus inuratur, libentissime adhererem Ripae hic, qui multum differre inquit inter imputationem de qua in principio Tex. & computationẽ de qua hic in vers. nostro; quod sicut caussa conditionis implẽdae datum in Falcidiam non imputatur, ita
150 non computatur vt legatarijs prosit: † exemplumq. tale proponitur, si praedium, quod valeat centum, à Defuncto legatũ Titio fuerit, si quinquaginta Titius haeredi dederit; in quartam centum praedium tantũ inquit I.C. legatis computationem fieri: & hoc modo gratia cõditionis explendae haeredi datum legatarijs
non

non proderit, verumtamen prodesset, si quinquaginta computarentur, quae extra haereditatem haberi ne haeredi in quartam imputētur Martianus scriptū reliquit. Rationem reddit Ripa, quia secundum hanc computationem legata forsan non excedent dodrantem, vel non multum excedent. Ego autem aliam, & fortasse veriorem redderē; si dicamus in tali specie testatorem suam manifestasse voluntatem, dum dixit, si quinquaginta dederit, nam si de quarta intelligere voluisset, vigintiquinque dixisset arg. d. l. cum quo §. vlt. hoc titulo nostro. TAMB. Quemadmodum tibi superior illa, ita etiam mihi summopere placet expositio; sed quae possit esse differentia inter imputare &
151 computare,† non potui hucusque animo comprehēdere: quinimo vnum pro alio accipi scio, sicut in l. vbi pure §. vlt. imputari pro cōputari accipitur: prout ibi post Alex. id. Ripa notauit ff. ad S.C. Treb. & versa vice computari, pro imputari in l. omnimodo C. de inoff. testam. CAMP. Verum est, quandoq. alterum pro altero vsurpari, sed putauit Ripa vno ex duob. mod. procedere differentiam, primo imputari quod in solutionem cedit, computari vero quod soluendum non venit. vel secundo modo imputationem significare tantum esse in obligatione, quantum petitur; computationem vero minus vel plus. laudandus est Ripa in eo, quod magis fuerit dictorum verborum vim ac potestatem prope cogitatione assequutus, quam lucida & clara explicatione prosequutus: Est enim verbum imputare, saepius in hac lege frequentatum, ita accipiē-
152 dum, † vt ostendat id, quod in Falcidiae rationem atque solutionem cedat, vel sit aequale portioni Falcidiae, vel paullo minus (qua in re parumper errauit Ripa) nihil refert. Cōputare vero nihil sit aliud, quā rationes subducere, † vel calculum facere, vel rem in medium

medium ponere, de qua calculus habendus sit: in qua significatione proculdubio verba illa Marciani accipiuntur, cum ait, centum legatis computationem fieri. perinde ac si dixisset, super praedio legato, quod valebat centum, falcidiae ratio, siue calculus habendus est; quem computationem appellat; quae explicatio ad imputationis differentiam ex vltimis verbis manifeste conformatur, cum inquit, & quinquaginta extra haereditatem haberi, ne in quartam ei imputentur, id est falcidiae ascribantur. Nec obstat, quod quinquaginta illa non poterant ascribi, & imputari, quia lex intelligit ex ijs, quae potuissent secũdum falcidiae numerum imputari, si quinquaginta extra haereditatem non haberentur. TAMB. Ex hac responsione omne sane dubium dissoluitur, & inter computari & imputari euidentem esse differentiam, quam percipere non poteram, ostenditur. CAMP. Firmemus conclu-
154 sionem, † quod sicut datum conditionis explendae gratia in falcidiam non imputatur, ita non computatur, vt legatarij sprosit. TAMB. Expeditis ijs, tempestiuum ne adhuc est; vt ad quaestiones accedamus? CAMP. Erit quidem. TAMB. Primo illa se mihi offert, vtrum Falcidia, & Treb. possint ex vna re detra-
155 hi. † CAMP. Com. opinio fuit cum glos. & Bart. in l. Falcidiae ratione. C. ad l. Falc. detrahi non posse. TAMB. Quamobrem? CAMP. Nulla alia de caussa, nisi quia haeres ex omnibus legatis quartam deducere debet: vt in cit. l. & in l. Plautius, & in l. In quantitate §. vlt. ff. eod. cum sim. TAMB. Imo contrarium communiter esse receptum in mentem venit, nempe quod vtraque ex vna posit re detrahi l. potest haeres ff. de leg. 1. l. filium quem habentem. C. fam. ercisc. & ibi Doctores: quomodo igitur erunt conciliandae? CAMP. Conciliationem cum aliqua tamen distinctione

ne

ne facile recipient: nanque prior illa negatiua, quod ex vna re non poſsit detrahi; dicendum eſt inuitis legatarijs, & fideicommiſſarijs locum ſibi vendicare. Alia vero affirmatiua concluſio, quod ex vna re poſsit deduci; conſentientibus legatarijs, & fideicommiſſarijs procedere fatendum eſt: & hoc ſecundum com. Doctorum diſtinctionem. TAMB. Quid ſi Teſtator
156 declarauerit, quibus ex rebus deductio † ſit facienda? vel quouiſmodo haeredi prouiderit? CAMP. Tunc Teſtatoris cuſtodietur voluntas monente reg. in l. prima ff. Dep. & §. Diſponat auct. de Nupt. quemadmo-
157 dum ſi legatum † loco quartae haberi Teſtator voluerit, d. l. Quod autem hoc Tit. vel id in morte dixerit, vel in vita, ſeu quocunque modo ſignificauerit: arg. d. l. Cum quo §. vlt. eod. tit. noſtro. Sicut etiam cum Teſtator in vita rem aliquam in peculium haeredi tradiderit, illam pro ſua quarta haeredem retinere debere, tacite voluiſſe creditur: arg. l. pen. ff. de alim. & cib. leg. praeſumitur enim, vt veluti praedilexerat eum in vita rem illam concedendo; ita etiam in morte dilexiſſe, & eamd. rem retinere voluiſſe praeſumatur. Quinimo tanti eſt momenti Teſtatoris voluntas, vt ſi
158 debitor, creditore haerede inſtituto, creditum † ſuum in falcidiam imputari iuſſerit; eum creditorem Falcidiae detractione quodammodo priuare poſsit. l. ſi de-
159 bitor ff. hoc tit. Idem iuris obſeruatur, cum dotem † vxori relictam in Falcidiam Maritus imputari rogauerit l. Lucius §. Maritus ff. ad Trebell. TAMB. De dote valde dubito, nanque ſupra in d. l. pater filiam habuimus; quod etiam ſi pater dotem filiae relictam in Falcidiam imputari mandauerit, Teſtatori tamen non erit obtemperandum: ſed filiam extra quartam habituram Papiniano placuit, ergo? CAMP. Ceſſabit omnis dubitatio, ſi quae ſuperius ad l. pater filiam diximus;

in

in memoriam repetes: nempe eo loci patrem contra filiae consensum dotem exegisse, vel dotem in haereditate non inuenisse. At in l. Lucius nec dos ab haereditate aberat, nec aliquid in vita Muliere fiebat; quinimo adeundo se se sponte haereditarijs oneribus obligabat. TAMB. Equidem non ab re omnem dubitationem cessare dixisti, si superior ad l. pater filiam repetatur responsio: quia vere cessauit. Sed vt vnde digressi sumus reuertamur, poterit ne haeres sola vna in
160 re, † propria auctoritate, suam retinere quartam? vel quomodo? CAMP. Porro propria non poterit auctoritate, d. l. 2. C. quando & quib. lib. 10. Verum officio Iudicis ita decernente poterit l. ad officium. C. com. diuid. TAMB. Non intelligo. CAMP. Explico, puta si commoda diuisio fieri non posset, eo quia sit res indiuisibilis l. sed si non seruus, l. lege Falcidia interueniente & l. si fundus mihi ff. hoc eod. titulo, tunc à Iudice, vt Soc. ait, & communiter alij sentiunt; deliberandum esset aliunde Falcidiam detra-
161 hi: † quae sententia verissima est ex l. potest ff. de leg. 1. & l. in fundo. ff. de rei vend. TAMB. Et si fundi ser-
162 uitute, † & alicui seruo libertate relictis; quae res sunt indiuisibiles: cum de Falcidiae quaeretur detractione & non sit vnde deducatur, quid erit faciendum? CAMP. Cessabit deductio, quoniam seruitus, ut sit Falcidiae locus, plerunque non praestabitur; d. l. si fundus mihi. Necnon idem de libertate, cuius fauori Falcidius facile parcet d. l. sed si non seruus, & l. Papinianus §. quarta ff. de inoff. testam. cum concor. TAMB. Priuabitur ergo haeres in ijs rebus Falcidia? CAMP. Ob seruitutis praetextum non priuabitur, quoniam ut Papinianus inquit in d. l. lege Falcidia, non aliter in solidum restituetur, nisi partis offeratur aestimatio: secus autem in libertate, quae nullo mo-
do

res aliquam rem suo ingenio, suaque opera vberiorem, ac vt Celsus ait in l. in fundo ff. de rei vend. praetiosiorem reddidisset; poterit ne officium Iudicis im
163 plorare, † vt sibi eam adiudicet? CAMP. Poterit, & Iudex deberet haeredi fauere; remque ipsam illi adiudicare: ne vt inquit Ripa suos miser deploret labores. arg. l. vltimae C. de allu. & palud. & c. vlt. de pecu. cler. probat Bar. hic & in l. quicunque desertum C. de omni agr. deser. lib. 11. TAMB. Ex omnibus itaque rebus diuisibilibus Quartam deduci posse, & quamlibet earum Quartae obnoxiam esse; & conse
164 quenter ob Falcidiam minui posse concludemus? † CAMP. Ita potest concludi, tamen animaduertendum arbitror hoc tuto demum obtinere; dum earum rerum diuisio sine damno fieri contingat: vt inquit Pomponius in l. Non amplius iuncto Pauli responso in seq. l. potest. propterea quod si absque damno di
165 uisio fieri nequeat, † tunc Iudicis partes erunt aestimare de qua re commodius Quarta valeat retineri: quae vt confirmet Bar. alleg. l. vlt. C. quando & quibus lib. 10. in verbis illis; ne si ex singulis rebus detrahatur, totius patrimonij quaedam inhumana fiat dilaceratio, & haec op. communiter ab omnibus est accepta. TAMB. Imo à Nouiss. oppugnatam esse reperio ex reg. illa certissima l. Plautius hoc eod. titulo: Falcidiam ex omnibus legatis detrahendam esse: quare superius dictum concludunt locum habere posse in Treb. in qua propter vniuersitatem rerum, Iudicis auctoritas multum polleat, ne haereditaria interuertantur iura. Nec obstare dicunt l. potest, cum ibi I.C. agat de legato generali. CAMP. cum eorum rationes non multum vrgentes appareant, com. illa conclusio à nobis confirmata nullo modo labefactatur; sed in suo restat robore: nanq. si diligentius d. l. Plau

tius attendiſſent, non ita facile ex ea in com. eſſent opinionem inuecti. Non enim negatur de omnibus legatis Falcidiam fore detrahendam, uerum debere hoc intelligi admonemus; vt cuncti ſcilicet legatarij, ſiue fideicommiſſarij Falcidiae detractioni pro rata ſubiiciantur: vt in d. l. 2. C. eod. & inſt. titulo de fideic. Haer. ſed non ita, quod ſingulae res diminutioni ſubponantur: alioqui maximum ſequeretur abſurdum, vt & res indiuiſibiles, nulla ratione, vel aequitate ſuadente, Falcidia diminui poſſent. Quod ne ſequatur pro ſua religione Iudices prouidebunt, aeſtimabuntque vnde quarta non incommode detrahi poſſit: ſicque haeredum iuri, & latiſsimae, quae eorum eſt, poteſtati ſatisfacient l. prima ff. de iuriſd. omn. iud. & in d. l. in fundo ff. de rei vend. iuncto tex. in c. primo §. ad haec in tit. hic finit lex, deinde Conſuetudo in vſib. feud. Nec pariter probarem reſponſionem ad d. l. poteſt, ibi iudicis auctoritatem interuenire propter legatum generale; vt ipſi arbitrabantur; quoniam legati de bonorum parte
166 ad vniuerſalem haereditatis partem † congruam nó eſſe argumentationem dicerem: quia cum ibi pars relicta ex certis ac ſingularibus reb. conſiſtat, magis ad legati naturam accedit, quam haereditatis, ſolent enim, vt in d. l. poteſt, qui talem bonorum partem habent legatarij, non autem generales, vel vniuerſales nuncupari. Nec inſuper obſt. quam in hac re alle-
167 gant l. lineam † ff. eod. quia eo loci commoditas monebat, vt ex margaritis quarta retineretur. ſed non idcirco ex eo ſequitur, vt de ſingulis rebus relictis Falcidia deducatur: quod eiuſmodi commoditate ceſſante certum eſt non obtinere. Eſt enim ſimilis haec Iudicis auctoritas illi, quam ſolet ſummam pro rerum qualitate, in ipſis fam. erc. iudicio diuidendis,

aeque non minus, quam prudenter exercere: vt inst. titulo de off. iud. Quocirca non mirum si pro legatis & fideicommissis, quoad fieri posset, tuendis, soleret
168 antiquitus Iudicis officium implorari; † vt instit. titulo de fideic. haer. quod tantum abest, vt nobis legib. abrogatum sit: vt locupletiores sint auctae facultates, & actiones: vt ibi, & in l. 2. C. com. de leg. TAMB. Num quid haeres, qui aliquam rem restitutioni sub-
169 iectam alienauerit, † eam si velit in Quartam sibi retinere possit? CAMP. Quamuis superior conclusio intelligatur de rebus penes ipsum haeredem existentib. nihilominus etiam in alienatis extenditur; & ex ijs quarta deduci potest. Verum quo facilius id intelligatur, sciendum est alienatas res in quartam imputari debere; per l. Marcellus §. res quae ff. ad Treb. & ibi communiter Doctores omnes: quare cum sibi Haeres imputet, ex consequenti Quarta ex illis quodammodo detrahi conceditur. TAMB. Quid si lega-
170 tarij, vel fideicommissarij noluerint? † CAMP. Si loquamur de Trebellianica, certum est, quod inuito etiam fideicommissario vniuersali Haeres de vna, vel plurib. reb. alienatis, quartã sibi retinere potest; ea prorsus ratione, quia vel illo inuito haeredi usq. ad permissam quãtitatẽ alienare permittitur. d. l. Marcellus §. res quae cum ibi Not. & auct. res quae C. com. de leg. Quod & Ripa amplius extendi posse putauit, vt haeres fideicommissi purificationem, vt eius verbo vtar,
171 expectare non teneatur; † ne diutius ius suum, quam vellet habeat in suspenso d. l. 2. C. quando & quibus lib. 10. Testaturque ita consuluisse Bald. in alienatis propter bandum, vt vocant, & condemnationem sol uendam, in cons. 184. lib. 4. & cons. 364. eod. lib. Alex. cons. 3. lib. 3. Aret. cons. 19. Bertran. cons. 91. lib. 1. & cons. 25. lib. 2. Aliam adduxit Bipa rationem, quam

veluti omnino superioribus pro veritate firmatis aduersantem, duxi merito omittendũ. Tamb. At huic Ripae & aliorum opinioni obstat, dum Iustinianus in l. vlt. §. sed quia nostra C. com. de leg. legatarijs & fidei commissarijs prospicere cupiens, omnem alienationẽ quoquomodo rei subiectae restitutioni vel pure, uel sub certa die faciẽdae penitus prohibuit. Non poterit ergo inuito fideicõmissario alienatio per haere-
172 dẽ fieri. † Camp. Ingentẽ equidẽ difficultatẽ mouisti, cui cũ Ripa hic occurrere vellet; quãuis Panor. auctoritatẽ aduocauerit in c. Raynal. ex. de testa. se se magno pere inuoluit. ait. n. quod supra cõclusimus in reb. alienatis, antequam fideic. dies venerit vel cesserit, locum sibi vendicare; secus autem postea: propterea quo d tunc temporis nec pro quarta alienatio valeret: vt in cit. §. sed quia nostra, ex eo quia tunc haeres fam. erc. iudicio ipsimet consulere potuit l. Ita tamen §. qui ex Trebelliano ff. ad Treb. Atque hinc alienata sibi in quartam imputare inuito fideicommissario facultatem non habere. Quemadmodum nec etiam locum obtineret alienatio si in fideicommissarij fraudem facta fuisset, arg. l. primae ff. de ijs, quae in fraud. Cred. ex eo quia bona fide fieri debet: haec Ripa. Verum vt quid sentiam libere proferam, pauca haec Ri-
173 pae verba multis scatere erratis † concerno, primo nanque sua distinctione d. §. sed quia nostra non recte occurrit: nam quorsum haec, quod ante diei cessionem alienare haeres possit, postea inuito fideicommissario non possit? unde enim hanc ipsam distinctionem effodit? Enimuero ex uerbis dicti §. non collegit: & ratione quidem sua illa non probauit. Cum ait, sibi haeredem eo casu fam. erc. iudicio prouidere posse, haud recte quidem loquutus est: nam quod iu-
174 dicium fam. erc. † potest esse inter haeredem & fidei-
com-

cōmissariū? quod solū inter Cohaeredes dari cōuenit? l. inter haeredes, & l. haeredes ff. fam. erc. Aberratque dum huic alienationi pro quarta consequenda, alienationem in fraudem fideicommissarij factam inepte comparat. Dicerem itaque aliter fore ad §. sed quia
175 nostra † commodius respondendum ex mente glos. ibi, in vers. Transferre, quam suntamplexi Bar. Bald. Ang. Saly. ibidem, & in l. filium quem habentem C. fam. erc. omnem nimirum alienationem earum rerum restitutioni subiectarum prohibitam esse, quae quartam effugerent; secus autem in ijs, quae pro quarta accipi possint, & intra eam sint: quod & recte intuentibus Imperatoris verbis patebit non aduersari, quinimo ex ijs probabiliter confirmari. Nunc vero videamus de Falcidia, Vtrum haeres eam ex vna vel pluri-
176 bus reb. alienatis retinere posit inuitis legatarijs. † Cui dubitationi dissoluendae seruiet id, quod supra diximus; cū quaereretur an ex vna re Falcidia deduci posset: & consentientibus legatarijs posse deduci finitum est: dissentientibus autem non item. Quo fit, vt veluti ex vna re penes ipsum haeredem existente Falcidiae detractio inuitis legatarijs non conceditur; ita nec ex ipsa re haeredis arbitratu alienata: quia vt inquit Neratius in l. a Titio ff. de furt. ea, quae legantur, recta via ab eo, qui legauit, ad eum, cui legata sunt, transeunt. Et ideo si alienentur, alienatio non tenebit: cum dominium rei legatae recta via, vt etiam not. Bar. ex d. l. in ipsum legatarium iuris puta ministerio transeat: quomodo itaque haeres imputabit in quartam? TAMB. Non obstantibus ijs per te adductis, ex responso Scaeuolae in l. si ex plurib. ff. hoc titulo. Falcidiam ex vna, vel pluribus rebus inuitis legatarijs posse detrahi sentire cogor: cui conuenit Imo. distinctio secundum praedictam l. facta in l. si pupillus §. vl-

ti.infra eod.cum ait, Aut haeres iure directo pro Falcidia à pluribus legatarijs debita rem particularem vni relictam retinere velit; & legatario inuito non potest: Aut per viam exceptionis, & id quidem potest.
177 CAMP. Si ita dic. l. si ex pluribus † loqueretur, vt ex Imola refers, non leuem dubitandi occasionem praeberet; sed si diligenter eam attendes, de pluribus legatis eid. legatario relictis loqui intelliges: qui pro legatis pene integre solutis Falcidiam soluere nolebat, ideo per doli exceptionem Haeredi succurritur, vt ex vna re non dum soluta Quarta deducatur. Quam opinionem in eod. casu referente Alex. in d. l. si pupillus. §. vlt. habuerunt Dyn. Cyn. & Nicol. de Neap. Diuersi autem iuris est in pluribus rebus diuersis legatarijs relictis: Etenim tunc res vni legata pro aliorum Falcidia retineri minime potest d. l. si pupillus §. vlt. & l. 2. C. ad l. Falc. vt supra fusius explicauimus. TAMB. Post pulcherrimam vtilissimae quaestionis determinationem, an Haeres inuitis legatarijs vel fideicommissarijs de vna re per ipsum alienata Falcidiam detrahere posset. Velo nunc reuoluto, quaerendum esse opina
178 rer; An haeres inuitus ex vna re alienata † Falcidiam à legatario, vel fideicommissario retinere cogatur. CAMP. Cogi posse nemo est, qui neget, & expressim hic Bart. in vers. & illud prius sibi computat in quartam ex d. §. res quae, & Auct. res quae C. com. de leg. Vnde Ripa secundum communem Doctorum consensum infert cogi etiam posse, licet ipse pretium illius rei alienatae restituere vellet, & quartam ab illa re, & alijs detrahere. TAMB. Quid si haeres alienatas
179 res redemerit † & in haereditate reponat, erit ne audiendus, ad hoc vt liberam iuris facultatem habeat ex redemptis, vel ex alijs Quartam accipere? CAMP. Controuersa ea de re fuit disceptatio, nam Ang. Imo.
&

& Alex.in d. §. res quae dixerunt haeredem eam ob
cauſſam non eſſe audiendum, quòd in fideicommiſſa
rij praeiudicium ſententiam mutare non poſſit arg. l.
primae §.ſi rem ſeruo Depoſitam ff.Dep.& l. Qui eam
ff.de furt.& l.Nemo poteſt ff. de reg. iur. Cui & illud
accedit, res redemptas non habere vt haeredem, ve-
rum vt alium per l.ſi a me ff.hoc tit.noſtro. Contra ve
ro Imo. hic parum ſibi conſtans ea nititur ratione,
quòd liceat haeredi conſilium mutare, dummodo fi-
deicommiſſario aliquod non inferatur detrimentum
l.ſi pecuniam ff. de Cond. ca. dat. Not.in reg.Mutare
ff.de reg.iur.in 6. Ab Imo. non diſſentit Rom. in d.§.
res quae motus l. ſi fundum per fideicommiſſum ff.
de leg. 1.quae, vt infra videbitur, pro hac opinione
mirifice facit. TAMB. Quae opinio erit ergo recipiē
da? nanque illam primam adhuc exploſam eſſe non
video; Alteram vero an ſequi poſſim neſcio: quoniā
illius primae rationibus quanquam in contrarium
retortis fulcitam perſpicio. eo magis quia Romani
fundamento in d.l.ſi fundum, quam mirifice facere
dicebas Alex.reſpondit non mirum ſi pretium ibi ſu-
beat locum & conditionem rei haereditariae: quia
propter aes alienum haereditarium fundus vendeba-
tur, & conſentiente fideicommiſſario. CAMP. Non
obſtantibus ijs Imo. & Rom. opinioni procliuius ad-
haerendum eſſe putarem, videlicet poſſe haeredem
180 res redemptas reſtituere quibus ſunt reſtituendae, †
& ſecundum iuris diſpoſitionem ex illis, vel alijs Fal-
cidiam detrahere: vt in l.2.C.eodem Cui haeredi No
uiſſ.hic dicunt fauendum eſſe, vt res in ſuam reuerta
tur naturam, per l. ſi vnus §. pactus verſ. quod in ſpe-
cie Dotis ff. de pact. c. ſtatutum de Preb. lib. 6. Nec
obſt.d.l.prima §.ſi rem ff.Dep. & l. Qui eam ff. de furt.
quia reſpondetur ibi dolum interceſſiſſe; & ideo in-
uer-

uersores licet restituant, infamiae notam non effugere. Hic vero haeres iure sibi permisso vendidit l.vlt.§. pen. C. com. de leg. Nec facit contra d. l.nemo potest de reg.iur. propterea quod non possit dici in aliorum praeiudicium esse factum, quod iure permittente fit, respondemus l. leges ff. de ll. & l. prima ff. de iniur. Non obst. l.si à me hoc tit. nostro, quia res illa, quae erat haereditaria in legati caussam redibat, non in haereditatis caussam; quemadmodum de rebus in casu nostro propositis, quas redimendo haeres, vt ad pristinum statum reuerti, dubitandum non est: ita ex consequenti pristini iuris naturam retinere. arg. l. Ab emptione ff. de pact. Etenim quid est impedimēto, quod res alienata redempta, & in haereditate reposita vere non dicatur res haereditaria? Tamb. Impediet forsan quia cum sit redempta, non videatur amplius haereditaria, sed ipsiusmet redēptoris effecta. Camp. Si redimentis animum intueamur, is fuit, rem redemptā in haereditate reponere: ergo nullo modo Redemptoris propriam fieri dicemus. Alex. pro huius dubitationis dissolutione tali vtebatur distinctione, vtrum haeres alienauerit malitiose, vel non. Ripa in haec verba. Aut haeres redemit ante moram in restituendo fideicommissum, & procedat opinio Imo. hic, maxime si redemit priusquam cesserit dies fideicommissi; Aut post moram, & eo casu procedat opinio Ang. Alex. & Imo. in d. §. res quae: quam distinctionem dixit esse de mente Sen. & ideo non mirum si aures aliquantisper mulceat. Animaduertendum tamen est frustra certe disputari si sit in mora, quando Contumaces; & in soluendo Morosi semper à iure damnantur l. 2. de in lit. iur. l. Quod te ff. si cert. pet. & ab omnibus not. in l. si insulam ff. de verb. oblig. Vnde disputatio huiusmodi pace Ripae intelligenda est, cum nulla inter-

la intercessit mora. TAMB. Quid erit ergo concludendum? CAMP. Ego vt dixi essem ab opinione Imo. & Rom. non Doctorum rationibus sed solum quia in hoc animum ipsius, qui redimit, considerare debemus; & ad hoc multum facit quod Vlp. referente Marcellus notauit in d.l. si fundum ibi, si fundum restituere malit Haeres, audiendum existimo. Igitur si haeres redemit eo animo, vt in haereditate reponeret, & postea restituere quibus deberetur; non dubitarem audiendum: sin autem secus, aliter sentirem. Humanioremque hanc esse sententiam non solum Ripae, qui ad Alexan. obiecta respondit, sed & Antonio de Butr. visum est in cons. 34. quo loci eleganter asserit
181 Emphiteuticarium † etiam rem eccles. redimẽdo euitare commissum. Quamobrem iuxta distinctionem à nobis supra traditam, diffiniendum erit, Haeredem, qui rem restitutioni subiectam alienauerit, & postea redemerit; audiendum esse: & eodem quo prius iure vsurum. TAMB. Post haec ita eleganter determinata, alia non leuis sane quaestio proponenda mihi videtur; quae est huiusmodi. Vtrum Falcidiae & Treb.
182 detractio possit à Testatore prohiberi. † CAMP. Falcidiae quidem non leue, sed Trebellianicae dubium longe grandius proponis dilucidandum: Videamus igitur primo de Falcidia tanquam vetustiori & non ita difficili, ac repetamus quo iure Ciuitas retro hoc casu vsa fuerit; & indubitati iuris erat, olim Falcidiae prohibitionem non fuisse testatoribus permis-
183 sam † l. Quod de bonis hoc titulo. Hodie autem prohiberi posse latet neminem auct. sed cum testator C. ad l. Falc. & §. si vero expressim Auct. de Haer. & Falc. neque alium inuenio contrarium rescribentem. TAMB. excitasti mihi summam cupiditatem noscendi quae fuerit ratio quare ius Nouum ab Antiquo in

Q hac

hac re tam valde discrepet. CAMP. Bar. in l. Nemo potest ff. de leg. 1. & in l. prima in princ. ff. si quis ommiss. ca. Testam. & in l. prima C. de sacros. eccles. in vers. 4. quaero, & in l. eam quam C. de fideic. opinatus est ad eam dubitationem dissoluendam, caussam inducendae Falcidiae considerari necessum esse; quam nullam aliam extitisse certum est, vt supra diximus, quam com. Testantium fauorem, vt haeredem haberent Instit. titulo de leg. Falc. & eo magis quod in alio publico es-
185 set fundatus: † nam quis nescit publice expedire suprema hominum iudicia exitum habere. l. vel negare ff. Quemadmod. Testam. aper. Quare ex his vrget Bar. si Testator antiquitus Falcidiam inhibere potuisset; porro publicam prohibendo vtilitatem offendisset; quod exitus comprobasset dum haerede repudiante testamentum subuersum fuisset. quod multo facilius persuaderi potest, cum hac repudiatione sequuta nulla alia iuris praesto fuisset dispositio, qua caueretur fore nihilominus testamenta conseruanda. Hodie autem si testator Falcidiam detrahi prohibuerit, quamuis haeres adire recuset, noua tamen iuris dispositione testamentum sustineri † scribit Imper. in d. §. si vero expressim; vt communiter post Bar. omnes teste Alex. interpretantur in d. l. Nemo potest, Castr. cons. 391. Rom. cons. 71. Idque summa ratione, quando dici nequeat Falcidiae prohibitionem contra publicam vtilitatem emanasse; ac idcirco erit inuiolabiliter obseruanda. Addidit tamen Io. Anib. in repet. d. l. Nemo potest praedictam Bar. rationem intelligendam esse veram seruato ordine d. §. si vero expressim, quod idem Bar. expressit in d. l. prima ff. si quis ommiss. ca. testam. Aliam autem persuasoriam existimabat Bar. esse diuersitatis rationem, quia cum Etnici essent Iurereconsulti Caelestisq. gloriae haud illis premium notum

187 tum esset, putarunt homines ea spe adduci non potuisse, vt haereditatis periculum sine aliquo Falcidiae commodo subirent. Contra vero Iustinianus acerrimus Catholicae religionis propugnator ingēs à Deo opt. Max. premium expectaturos, si defunctorum voluntatem fuissent humaniter amplexi d. §. si vero expressim, sequitur Corn. in d. auct. sed cum testator, Crotus in d. l. nemo potest, Castr. cons. 101. in prin. Addidit praeterea idem Imper. vt etiam haerede adire nolente siue haereditatem expressim repudiante, adhuc testamenti vires conseruentur. TAMB. Placuerunt mihi semper Bar. rationes vt religioni, vt publicae in defunctos pietati consentaneae. Verumtamen reperienti mihi Bald. penitus contrarium dicentem in d. auct. sed cū testator, & in l. prima C. si quis omiss. ca. testa. à quo alij cōplures sunt, & Ripa in d. l. Nemo potest: scrupulus iniectus est, quid circa id libere sentirē. Accedebat eiusdē Bal. auctoritati sua quaedā plausibilis ratio educta ex vers. praedictae auct. sed cū testa
188 tor, † ibi, & si haeredes, s. lex haeredibus scripta est, ergo requiritur qđ sit haeres, Itē īpossibile est legata deberi, & à nullo deberi: Esse. n. debet psona, quae debeat & cui debeatur. l. qdā referūt ff. de iur. Codic. Ex quib. Bar. rationes tanquā fundamēto carētes putat esse cōtemnendas, quāuis ante Bar. idē senserit Iac. de Belu. in §. hinc nobis eod. tit. auct. de Haer. & falc. CAMP. Scrupulus tibi ex auctoritate Baldi iniectus non modici quidē ponderis est; postquā titubans Alex. quo Baldi rationes effugeret, eo misere confugit, vt diceret praedictū vers. in corpore, vnde sumitur d. auc. sed cū testator; videlicet in §. haec nobis cū seq. auct. de haer. & Fal. in quo Bal. suā in Bar. reprehēsionē fūdabat: scriptū nō reperiri. Deridet Alex. Ruy. in d. l. nemo pôt, & merito quidem; inquit. n. in cit. §. si vero expressim

de haerede fieri mentionem, & ibidem, eum, de eo-
189 dem hoc est haerede intelligi, quoniam dictio, eum †
quamdam omnium qualitatum repetitionem, de qui-
bus in praecedentibus, nobis significat. iuxta ea quae
scribit Bar. in l. si quis seruum §. vlt. ff. de leg. 2. In prae
cedentibus autem, hoc est in princ. illius §. de hae-
rede mentio fit, ad quem respicit dictum verbum eũ,
ergo de scripto putat fore intelligendum. vrget magis
quia prohibitionis tempus, quod aditionem praece
dit, Imperatoris verba indicant; ergo de haerede scri
pto, qui fuerat Falc. detrahere prohibitus: licet alias
190 verbum haeres † in dubio ad eum pertineat, qui adeũ
do factus est haeres. l. 3. §. primo cum ibi Not. per Imo.
Castr. ff. de haer. inst. Et quamuis omnia ingeniose
Ruynus, adiuuarem tamen subtilius considerando d.
§. in illis verbis, aut si parere noluerit, eum quidem, sci
licet haeredem, recedere ab huiusmodi institutione,
quid ergo clarius dici potuit, vt ostenderet Auctor
de scripto haerede intelligere, quam cum de institu-
tione verba facit? quae non potest alij, quam haeredi
scripto accomodari. Rursus considerandũ est, quod
subiicit tex. locum uero fieri (sicut dudum praediximus) substitutis, & Cohaeredibus &c. quomodo igi
tur poterũt aliter intelligi quam de institutis, quippe qui vel substitutos uel Cohaeredes habeant?
TAMB. Quid igitur concludendum? CAMP. Com.
cum Bart. sequendam opinionem arbitror; & aliter
ab impugnatione Bald. defenderem: dicimus enim
nihil referre in dicto §. si uero expressim, & d. auct. sed
cum testator (non obst. quae Ruinus subtiliter considerauit, & nos adiuuimus) haeredis etiam scripti fieri
mentionem; & ad eum l. scribi: ut dicebat Bald. quia
licet id concederemus, non ideo sequitur necessariũ
fore ut haeres adeat, quo testamentum non infirme-
tur

tur: alioqui contra apertissimam Imper. mentem in d. §. si vero expressim summa iuris daretur repugnantia, vt idem scriptus haeres repudiaret, idemq. post repudiationem pro testamenti conseruatione necessario adiret. Nec obst. insubtilis à Baldo requisitus in praestandis legatis duarum personarum concursus, & eius qui debebat, & cui legatum debebatur. Nec contra quis aduocet vulgatam legati descriptionem in §. primo inst. de leg. quia respondetur contrarium obtinuisse ratione illa in d. §. si vero descripta, vt voluntas morientium conseruetur: vt supra ex Bar. & aliorum mente docuimus. Nam † substitutis vel Cohaeredibus adeuntibus à quibus repetita legata videntur cit. l. licet Imperator ff. de leg. 1. cum ibi Not. legatorum praestatio fiet: Vel ijs testamento non adscriptis; aut identidem repudiantibus, adire ve nolentibus Testamentum lege ita iubente sustineatur. quod pro singulari & mirabili defunctorum priuilegio Bar. annota-
191 uit. † Vel quia lex praesumat, seu fingat adeuntem quasi adesse personam, licet non adsit; quod pro Monstro haberi non debet: cum & lex in alijs casibus minime priuilegiarijs, quod nullo modo adest, fingat adesse, & quod adest, prorsus abesse §. rursus, & §. item si quis inst. de Act. Nec illa legati descriptio officiet, quoniam non est incongruum in casu proposito aduersus iuris regulas aliquid constitui arg. l. primae & eorum quae not. Bald. ibi C. de furt. vbi furtum dicit
192 esse irregulare, † quando seruus facit furtum de se ipso; & tñ in furto, & eius diffinitione requiritur, qđ adsit res cõtrectata & cõtrectans l. 1. ff. de furt. Tamb. Placet mihi ista elegans communis opin. defensio, placet & mirabilis illa Imper. decisio, qua testantium voluntates fouet, quamuis instituti haeredes nimium lucri cupidi eas deserant: & quod lex quasi in se nego-

go-

gocium suscipiens, adeuntem aliquem praesumat & fingat. Respondent enim haec ipsa omnibus erga Testantes regulis atque sententijs passim euulgatis, vt illa est, Nihil magis hominibus deberi, quam libertatē supremae voluntatis l. prima in fin. C. de sacros. eccle. Item illa, Testatorum voluntatem legis auctoritatem habere §. disponat auct. de nupt. Et quod Imper. auct. de Haer. & Falc. in §. si quis autem scriptum reliquit, Vna est l. intentio, vt quae disposita sunt à morientib. impleantur. omitto alia complura eiusd. generis non tibi solum, quem Baldo semper aequiparaui qui nouit omnia, sed cuicunque notissima: & alia maiora aggrediamur, quae & ab huius quaest. principio fue-
193 re proposita: Quid de Treb. prohibitione † scribant alij, & quod ipse sentias. CAMP. Quaestionem hanc vberrime exagitarunt Doctores, quorum scripta si vellem reponere. Ante diem clauso componet vesper Olympo. Breuitati igitur studens pauca pro vtraque parte proponam, eaque pro comperienda veritate diligenter expendam. Glos. in d. auct. sed cum testator quam Bald. Corn. & complures alij sectati sunt, glos. in l. si vt allegas C. ad l. Falc. Bar. in d. l. Nemo potest ff. de leg. 1. prohiberi non posse dixerunt, & Alex. in l. Marcellus ff. ad Treb. qui complures alios referens ita tenentes, hanc veriorem esse opinionem asseruit. Cōtrariam opin. inconstans habuit glos. in d. §. si vero expressim & ibi Bar. sibi pariter contrarius quem sequitur Ang. glos. in §. sed quia Inst. de fideic. Haer. glos. in d. l. Marcellus & ibidem Bar. & alij communiter vt ibi testatur Ias. Odof. Iac. de Aret. Petrus. Cynus, Ang. & Saly. in d. auct. sed cum Testator. Cynus & Imo. in l. prima §. ad Municipum & ibidem Castr. qui com. esse dicit. ff. de leg. 2. Bal. cons. 94. lib. 2. & cons. 170. lib. 5. Frā. Aret. cons. 27. Alex. sibi contrarius idem sequitur, &
de

de communi fatetur in conſ.67.lib.primo Raf. Com. conſ.25.Rom.conſ. 239. Barb. conſ. 2.lib.primo.Soc. conſ.14.Corn.in varijs conſ.&alij.Primae igitur opinionis defenſores primum illud argumentando proponunt; ſi contra Teſtatoris mentem Treb. deduci-
194 tur † d.l. Titia hoc tit. & d.l.ſi cum allegas · quomodo ad libitum eiuſdem mentis detractionis prohibitionem referemus? quod & ex eo poſſumus confirmare, quod non ſolum Pandectarum iure,ſed & Pontificio hodie aduerſus Teſtatoris mentem deduci Treb.intelligitur d.c.Raynaldus in fin.ex.de teſtam.in quo Alex. Teſte in d. l. Titia potiſſimum ſcribentes iaciunt fundamentum.Interpretatio autem illa com.quod Treb. contra Teſtatoris mentem detrahatur, Adiuuatur & illa nōtiſſ.regula, qui non prohibet quod poteſt, illud concedere videtur l.nec non §.quod eis ff.ex quib. ca.maior. l. prima §. ſciendum ff. de leg.3.Huic primo fundamento ne iterum repetere cogamur reſponſio quaerenda eſt: primum itaque Ripa ſibi parum conſtans in d.l. Nemo poteſt, aſſumptum illud falſum eſſe affirmabat, quod etiam hodie Treb. contra Teſta-
195 toris mentem detrahatur, infraſcriptorum nixus auctoritate, Imo.in l.prima ff.de leg.1. Barb. in d.c.Raynaldus, Pici hic & Io.Anib.in d.l. Nemo poteſt,Curt. conſ.67.Dec.conſ.247.ſed quia nimis vulgaris eſt reſpondendi modus per negationē, & cōtra praedictorum auctoritatem pugnant alij for taſſe grauiores Contradictores: idcirco quaerendae ſunt aliae reſponſiones ,q uae radicitus difficultatem hanc, ſi fieri poteſt , euellant. Putarem itaque primo poſſe ita ſubtili Doctorum interpretationi ſatiſfieri, dum ſcriptis mandarunt Trebellianicam contra Teſtatoris mentem detrahi, hoc eſt contra mentem expreſſe id non permittentem arg.l.Titia, vbi Teſtatrice reſti-

restitui iubente retenta Quarta, cum contrariorũ ead. sit disciplina, & eius sit velle, cuius est nolle; manifeste indicat prohibere etiam potuisse: Confirmo quia
196 dispositio hominis & l. aequiparentur † l. si in testamento in fine ff. de vulg. & pup. & dispositio prohibi-
197 tiua potentior † sit permissiua l. alienatum ff. de verb. sig. iuncta l. filius familias §. vlt. de donat. gloss. in l. hoc genus ff. de cond. & dem. Igitur magis obtinere debebit dispositio prohibitiua Testatoris (cuius fauore lex noua loc. citatis idem disponit) quam permissiua l. antiquae. Secundo & forsan verius erit respondendum quaerendo caussam, cur hodie Treb. prohibitio per-
198 mittatur; † nanque reg. communis erat, vt Treb. contra mentem Testatoris deduceretur, nisi expresse permitteretur, vt supra ex magis com. opin. firmauimus, ne testantium dispositiones ob paruum vel minimum lucrum ab haeredibus desererentur: quòd nollent oneribus haereditarijs subiacere. Quare cum caussa propter quam à com. regula receditur, semper exprimi & probari debeat Inn. in c. praeterea de dilat. Dec. cõ. opi. dicit cõs. 349. Ideo eius rei caussam aliã de nouo superuenientem fuisse probabimus; & inde fiet, vt liceat ab omni dispositione recedere c. non debet de consangui. & affin. c. suggestum de Decim. l. de aetate §. quod autem de interrog. act. Anch. cons. 82. Dec. cons. 335. vol. 2. Caussam igitur certissimam praebuit l. vlt. C. de iur. delib. quae Inuentarij conficiendi beneficium inducens, eo confecto grauatum haeredem omni periculi metu deposito grande quàmuis aes alienum immineret, restituere haereditatem posse: Cessante itaque caussa quamobrem antiquitus Treb. prohiberi non liceret, consequens est, vt hodie licite posse prohiberi fateamur. Sed vt ad argumenta redea-
199 mus facit secundo quod cui non conueniunt † verba le-

legis, eidem non conuenit eius dispositio l.4.§.toties ff.de damn. infec. l. quod constitutum de mil. testam. sed verba d.§.si vero expressim & d. auct. sed cum Testator vniuersali fideicommisso minime conueniunt; quòd ex eo Falc.non detrahatur: ergo nec dispositio conueniet.Declarat Ripa in §.si vero expressim toties cit.de leg. sustinendis tractari, etiam si scriptus haeres haereditatē nō adeat; ergo non de fideicómissis,quae sine haereditatis aditione non transferuntur. quod & verum esse probamus, quia S.C.Treb.iubet, vt haereditatis restitutioni locus sit, haeredem cogi adire l. nam quod, d.l.cogi ff.ad Treb.alioqui si non adeatur
200 euanescere fideicommissa † scripserunt Iac. de Belu. in cit.§.si vero expressim,Bald.in l.filium quem habentem C.fam.ercisc.Rom.in auct. similiter C.ad l.Falcid. Alex.& Nouiss.in d.l.Nemo potest. Addiderunt insuper rationem illam, quia imputandum est fideicommissario, qui potuit cōpellere haeredem adire & noluit l.si quis omis. ff.si quis omis. ca. Testam. At idem Ripa conatur ijs secundo loco adductis respondere in hunc modum; quod licet illius §.dispositio propositae quaestioni in eo non conueniat,quod fideicommissum intelligatur à venientibus ab intestato repetitum;conuenit tamen in hac parte, in qua Testatori facultas prohibendi Falcidiam conceditur. At contra Ripā quis inuehi potest ex his quae scribit Io. Anib. in d.l. Nemo potest numero 316, asserens dictum §.si
201 vero expressim † aperte loqui de fideicommissario habita relatione ad ea, quae praecedunt; in quibus,scilicet in §. etiam in legatarijs,secundū eum dicitur quod fideicommissarius vniuersalis haerede non adeunte, haereditatem adire potest:vt patet in illis verbis videlicet, vt detur licentia aditionis priori per vniuersitatem fideicommissario.& ibidem in vers. si vero nul-

Ius fuerit legatorum, vel fideicommissorum per vniuersitatem. Vnde concludit communem opin. huic declarationi contrariam veram non esse. Quae Anib. consideratio praeter ipsius dicta confirmari potest ex mente gl. in d. §. si vero expressim, vult enim omnes ibi enumeratos vocari licet iure diuerso; cui etiam consentire videtur Bar. in d. l. Nemo potest, inquiens indistincte ex dispositione d. §. etiam sine haereditatis aditione substineri testamenta: quod & communiter omnes fatentur. Sed in testamentis relinquuntur non solum legata, sed & fideicommissa; consequens est igitur vt credamus Imperatorem in d. §. si vero expressim disponentem, haerede adire nolente, locum fieri fideicommissarijs vna cum alijs enumeratis. Verum quid opus est, quasi adhibitis tortorib. res per consequentias traducere, cum id euidentissime ostendant verba illa, locum vero fieri (sicut dudum praediximus) substitutis, & Cohaeredib. & fideicommissarijs, & legatarijs &c. Auge ponderando non solum quod indistincte de fideicommissario loquatur, hoc est tam vniuersalibus, quã particularib. sed etiã de vniuersalibus intelligi debere magis est verisimile, postquã gradatim Auctor loquitur, primo de substitutis, secũdo de Cohaeredibus, qui pariter vniuersae haereditatis sunt participes, tertio de fideicommissarijs, qui & vtiles sunt vniuersales successores: Postremo de legatarijs qui particulares existunt rerum participes. Quod si haec ipsa aliquam dubitationem haberent, postquam maior est vniuersalium, quam particularium respectus, censendum est talia verba maiori illo respectu fuisse pro-
202 lata † l. debitor §. vlt. ad Trebel. l. si pater §. qui duos & ibi Not. Bald. de Adopt. Dec. cons. 283. circa princ. Nec obstat quod de fideicommisso vniuersali Falc. nõ detrahatur, sed Treb. & propterea dispositio non cõ-

ueniat

ueniat, quia respondemus per eã, quae supra diximus, sub nomine Falcidiae tãquam generis comple cti etiã Treb. Quinimo retorquendo cum verba praedicti §. & auct. sed cũ Testator fideicommisso conueniãt vniuersali, cõueniet etiam & dispositio. Facit quia verba
203 intelliguntur secũdum qualitatem personae † ad quã referuntur l. plenum §. equitij de vsu & habit. l. ex militari de Milit. Testam. Ergo verba ibi prolata de fideicõmissarijs secundum indistinctam eorum qualitatem intelligentur. Tertio & vlt. pro praedicta videbatur facere regula, qui in vno grauatur debet in altero releuari l. cũ qui ff. de iur. iur. sed haeres grauatur, quia cogitur inuitus adire d. l. cogi l. nam quod ad Treb. Ergo deberet in hoc releuari, vt sibi Treb. detractio nõ prohiberetur. Soc. in d. l. Marcellus incusat hanc ratio
204 nem, & coactionis grauamen † pro nihilo reputat; quando eiusmodi coactio non haeredis, sed fideicommissarij sit periculo l. Quia poterat ff. ad Trebell. Confirmatur à Ripa contra Ias. Socyni opinio ex alia regula, quia ad vnum effectum inducta, non debent contrarium operari l. rem legatam ff. de adim. leg. Coactio autem inducta fuit pro conseruanda voluntate defuncti; quae hoc loco contrarium operaretur; si posset aduersus prohibitionem defuncti Quarta ex Treb. deduci: quod fieri, ex alio compertum est, minime posse. quia haeres coactus adiens ius detrahendi Treb. ammittit, quamuis nulla extiterit à Testatore prohibitio d. l. Quia poterat. Multo minus itaque poterit, vbi & lex, & Testatoris prohibitio impediet. Contrariae autem opinionis, quam communem esse ex supra recitatis satis aperte constat, & nos etiam tanquam veriorem omnino secquendam esse arbitramur, hoc est Trebellianicã à testatore prohiberi posse? fundamenta iaciuntur in extensione d. auctent. sed

205 cũ Testator, quae & si de Falcidia loquatur, † ad Treb. extẽdi posse omnes vnanimiter Doct. cõfitẽtur infrascriptis rationib. & Primo quia lex Antiqua aequiparat Falc. & Treb. d. l. Marcellus, vt placuit Bar. assereti, qđ vbi cessat falcidia, ibi & Treb. cesset. ergo & lex noua, de qua in d. auct. sed cũ Testator, loquẽs in Falcidia ab aequiparatis habebit locũ in Treb. reg. illa tradita à gl. in l. Qđ vero ff. de ll. & in l. si quis seruo persuaserit C. de furt. Cui rationi glos. licet aliqui non adhereant, putantes in correctorijs procedere non posse, tamen Bart. cum quo est com. opinio Testib. Aret. & Nouiss. in cit. l. 2. id falsum esse scriptum reliquit. Qui bus Ripa Rom. addidit ita determinantem in cons. 32. facit tex. in l. si quis in graui §. ad caussam iuncto §. codicillos ff. ad Syll. Sed ex alio Ripa praedictam primam rationem impugnat, declarans aequiparatorũ
206 reg. † procedere, quando lex noua disponit super eo, in quo reperitur facta aequiparatio à l. antiqua. Instatque argumentari non licere ab aequiparatis nisi in casibus in quibus facta est aequiparatio secundum glos. in l. omnes dies C. de fer. in c. postquam §. vlt. & ibi not. Gem. de elect. lib. 6. At illa de qua in d. l. Marcellus solum fit in casu, in quo haeres compulsus adit; ergo non habebit locum in casu, quo sponte adeat: & quidem recte. Verum ne frustra videatur proposita illa aequiparatorum regula pro com. opin. firmanda, in hunc modum ex superioribus dictis posse seruire existimarem, reuocando in memoriam ea ratione Quartam Falc. inductam fuisse, ne testantium placita subuerterentur; si quando haeredes ob nullum vel mi nimum lucrum adire nollent, Eamdem penitus ratio nem S.C. Pegasianum considerasse constat; eo enim cauebatur, vt ei, qui rogatus esset haereditatem resti tuere, perinde liceret quartam partem retinere; atq.

ex l. Falcidia Quartam ex legatis retinere concessum est. Ecquis ergo non videt Quartam Treb. fuisse aequi paratam Quartae falcidiae? non iniuria itaque illa succedet aequiparatorum regula, quod quotiescunq. lex noua super vno disponit, vt est in casu nostro in d. §. si vero expressim, & d. auct. sed cum testator, idem censeatur disponere super altero. Accedit quia vtrãque diximus haereditatis quartam esse; prohibitio igitur in alterutra facta eamdem vim obtinere dicendum est. Secundo pro com. affertur reg. ex identitate,
207 vt vocant, rationis † licitam esse extensionem à stricta significatione ad largã l. filium habeo & ibi Ang. not. ff. ad Macedo. Not. glos. in auct. vt ij qui se perhi. oblig. res min. §. primo in vers. ad Curatorem & glos. in c. 1. de Tempor. ord. in 6. Sed appellatione Falcidiae Trebellianica continetur, vt supra diximus, & patet ex d. l. vt allegas; & l. cum filio ff. de leg. 1. Nec non eadem est falcidiae & Treb. inuentionis ratio d. §. sed quia Instit. de fideic. haer. & instit. titulo de leg. falc. in princ. Ergo dispositio d. auct. sed cum testator, & d. §. si vero expressim extendenda videtur ad Treb.
208 Haec ratio à Ripa duobus modis impugnatur loco cit. primo quod licet eadem sit ratio inuentionis, non tamẽ eadẽ est permissionis; hoc est quod testator vtrũque prohibere possit: quod ex ijs patere inquit, quae in vno scripserat ex fundamentis contrariae partis. nimirum quando exposuerat d. §. si vero expressim, cuius nos expositionem de mente glos. & Bar. minime
209 admisimus; vnde nec presens eiusdem impugnatio erit admittenda. Secundo afferebat, quod ex identitate rationis non est licita extensio in correctorijs, ex glos. Bar. & scribentibus in auct. Quas actiones C. de sacros. eccles. sed hoc pariter nihil impedit, quia fateor ex identitate rationis in paribus subiectis non fieri ex-

ri ex-

ri extensionem maxime in correctorijs; verum non ita se habet regula proposita, quae non de paribus sed imparibus loquitur subiectis: hoc est de stricta significatione Falcidiae, quae strictiori & minori gaudens imputatione, facile ad largam Treb. significationem extendi posset, quippe quae latiori & ampliori oneratur imputatione; perinde ac si diceremus, si conceditur prohiberi quod maiori gaudet priuilegio, vt est Falcidia; quanto magis quod minori vt est Treb. facit quia quando ratio est expressa, vel vnica tantũ po-
208 test assignari, † vt est in casu nostro in d. auct. sed cum Testator, & d. §. si vero expressim, fauor scilicet vltimarum voluntatum; tunc ex identitate rationis licita est extensio, quoniam non dicitur proprie dilatatio, sed vera legis comprehẽsio l. Milites agrum de re mil. l. his solis C. de reuoc. dona. Ias. in auct. non licet C. de lib. praet. Tertio adducebatur, quia vbi reducimur ad
209 ius antiquum etiam in correctorijs licita est extẽsio † glos. in c. statutum in vers. numerandum de Preb. in b. per dispositionem autem d. auct. sed cum Testator ad ius antiquũ reducimur 12. Tab. quo testatori licebat assem totum legare: ergo &c. quod magnopere cõmẽdauit Ias. loco cit. Verum à Ripa in d. l. Nemo potest non ineleganter impugnatur, ideo non insistã. Quarto secundum Raph. Com. in d. l. prima de leg. & Ias. in Rubr. ad Treb. adiuuabatur praedicta com. opinio,
210 quia virtus legatorum est attributa fideicommissis, † & econtrario l. 1. ff. de leg. 1. haec ergo virtus, quod legata non minuantur, vbi prohibita est detractio Falcidiae; erit etiam attributa fideicommissis. Ripa vt supra inuehitur contra Com. & Iason. dicens eorum ratiocinationem continere fallaciam; quia virtus legatorum particularium de quib. Falcidia detrahitur, attributa est fideicommissis particularibus, non itidem

vni-

vniuersalib.de quib.Treb.deducitur:teste Bar.in d.l.1. de leg.1.quod ego etiam non inficior, & supra idem plurib.confirmaui. Attamen Ripa nimis audacter ne dicam temere pace sua Com.dictum à Ias.non immerito receptum fallaciam cōtinere dixit;quippe qui nō considerauit qua intentione praeposita ratio describeretur. si quidem notum erat Comensi & Ias.virtutem legatorum particul. non esse attributam nisi fideicom. partic. & legatorum uniuersalium non esse attributā nisi fideic.uniuersalib.& uice uersa.De idonea itaque exaequatione graues illos interpretes intellexisse nō est hesitandum iuxta l.2.C.com.de leg. & ea quae scribit Bar.post Petr.d.l.1.quare permissa Falcidiae prohibitione nē legata minuantur,idem iuris putarunt statuendum in prohibitione Treb.ne fideicommissa mi
211 nuantur. † Quinto & ult.pro ead.com.alia considera tur extensio,ex ratione scripta in l.licitam esse extēsionem etiam in correctorijs,secundum glos. in Clem.1. in uers.eligatur de elect.Bal.in auc.Quas actiones per tex.in l.ult.C. de reuoc. do.At in d.§.si uero expressim testamentum etiam haereditate non adita pietatis intuitu sustineri exprimitur:ergo eadem ratio Treb.casum determinat: quod Ias.in d.l.Marcellus optimum esse fundamentum scripsit. TAMB.praedictam com. opin.ex uarijs scriptorū monumentis bellissime cōfirmatam uideo:sed & tuam cupio intelligere sentētiam. CAMP.Ego semper & legendo & consulēdo receptiorem hanc sum sequutus sententiam non tantum ob crebras Doctorum auctoritates, quam rationibus & aequitate urgentibus & primo illa uehementer placuit (quam memini in scriptis cuiusdam Nouiss. me legisse) Falc. & Trebellianicae etiam de iure ff.tam in modo & ratione prohibendi,quā inducendi cōuenisse.
212 † in modo prohibendi,quia testator olim Falc.prohibe-

Sed verisimilis mens Imperatoris in cit.iurib dispone̅tis, Falcidia licet prohibita, Testamentum posse sustineri; efficit vt quemadmodum pietatis intuitu haeredem legatis oneratum voluit à prohibita detractione abstinere, & haereditatem adire: non video diuersam reddi posse rationem; cur non idem recipiendum sit in haerede grauato restituere, vt sibi Treb.detra̅ctio possit à Testatore prohiberi. quando & ll. dispona̅t nolentem adire posse cogi sine aliqua retentione d.l.cogi cum concor. quamobrem clarum est ex dispositione legis eo modo Treb. esse prohibitam, verum nos supra l.dispositionem & hominis aequiparatam esse docuimus; ergo & per hominis dispositionem poterit Trebellianica prohiberi. TAMB. Post quam tam ex multorum auctoritate & rationibus, quam ex tui ingenij locupletatione, com. opinionem antea vacillantem tutissimo quasi in Portu collocasti. Erit mihi per quam vtile, & loco huic non inco̅gruum, aliam quaestionem quasi prioris appendicem, de qua controuertunt Doct. in d.l.Nemo potest de leg.1. in l.Marcellus ad Treb. & in auct. sed cum Testator, breuiter diffinire: quae est huiusmodi. Vtrum Trebellianicae prohi-
216 bitio etiam ad filios primi gradus extendatur, † vt grauati restituere sine vlla detractione, debeant ab ipsa restituendo abstinere. CAMP. Scriptores ex vtraque parte parati concurrere quasi in aciem descenderunt, & ab ea parte res inclinari visa est; vt victricem opin. illam acclamarent: vt eo casu Testator nequeat Treb. inhibere. quod gratum cecidit Baldo, Saly. & Castr. in d.auct. sed cum Testator, eidem Bald. & Saly. in d.l. iubemus ad Treb. Lud.Rom. & Ias. in d. l. Marcellus, Croto, Ripae & Nouiss. in d. l. Nemo potest, Barb. in c. Raynutius ex. de testam. Raf. Comensi in d.cons.35. Alex. cons.5.lib.3.Lud.Rom.cons. 205. Dec.cons.81.

& conſ.218.qui de com.placito Teſtatur. Contrariã opinionem defendit Cinus in l.iubemus C. ad Treb. Raf.Com.in l.Cohaeredi §.cũ filiae ff. de vulg. & pup. & in l.fideicommiſſaria in princ. ad Treb.Soc.Io.Anniballis & Alex. in d.l.Marcellus, qui aperte reſpondit vt ſupra Treb.poſſe liberis primi gradus prohiberi,& conſtitui, vt ſola ſint portione legitimae contenti: Acceſitque auctoritatem Dyn.Ray.Alber.Raf. Com.& Imo.in l.Lucius §.Maritus ff.ad Treb.Bald. in l.Quoniã in priorib.C.de inoff.teſt.Nic.de Neap.in l.Creditor per illum tex.hoc tit.noſtro. Bald. conſ.340.lib.5. Ang.conſ.125.idem Alex.conſ.67. lib.primo,& conſ. 29.lib.5.Quorum ſententiam nos etiam tanquam veriorem ſequemur, verum non eorum rationibus. Interim tamen breuiter videamus quibus vtraque opinio fundamentis muniatur. Bald.communis opinionis Princeps ſuam fundauit intentionem in d.l.iubemus, dum ibi dicitur non poſſe patrem diſponere, vt
217 fructus imputentur filijs in quartam: † conſequens eſt ergo ne per fructuum imputationem dicta Quarta minuatur: quod ſi non minui poteſt, quanto minus in totum prohiberi? arg.l.videamus §.pen.ff.de in lit.iur.Quinimo addit Bald.quod licet auct. ſed cum teſtator ſecundum com. opin. Teſtatori concedat detractionem Quartae Treb.prohibere, debet tamen ſecundum antiqua iura diſtingui l. Nam & poſteriores ff.de ll.Ripa ab eo veritatem pendere dixit, vtrum admittendum ſit ex diſpoſitione d. auct. ſed cum teſtator correctionem d. l. iubemus fuiſſe inductam; & non admittendum cenſuit. confirmatque vulg. reg. legem nouam generaliter ius antiquum corrigentem ad caſum ſpecialem non trahi ſecundum gloſ. 2.& ibi Raf.& Caſtr.in l.Hac conſultiſſima C. qui teſtam.fac. poſſ.eo minus quòd priuilegio in corpore iuris inſerto

to nunquam intelligitur derogatum, nisi caueatur expresso iure secundum glos. & Bartolum in auct. Qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor. & glos. in l. secunda §. omnes ff. de iudicijs in versiculo conueniuntur, Felynum in capitulo primo ex. de rescript. Contra vero alterius opinionis Princeps fuit Cinus existimans dictam auct. sed cum Testator dictae l. iubemus esse correctricem, asserensque non solum Testatorem posse filijs Trebellianicam prohibere; sed si ei visum fuerit, posse etiam decernere, vt fructus imputentur illis in quartam: pro cuius opinionis confirmatione possent hic ea omnia reponi, quae Nouissimi in dicta l. Nemo potest latissime accumulant post Alexandrum in dicto cons. 67. numero secundo lib. primo: quae breuitatis gratia derelinquo. Et quia tota difficultas est respondere superius obiectis, non obstat quod Baldus afferebat d. Auct. sed cum Testator, quamuis diceret generatim posse Trebellianicam prohiberi, non tamen derogare dictae l. iubemus specialiter in fauorem liberorum euulgatae: quia respondet Raf. Com. in dicta l. Cohaeredi §. cum filiae, vt etiam Alexander refert, & sequitur in d. cons. 67. falsum esse quod
219 in cit. l. iubemus † specialiter prouisum sit, ne possit liberis primi gradus prohiberi Treb. sed solum circa dispositionem fructuũ non imputandorum in Quartam fuisse sancitam: quod autem Trebellianica prohiberi non possit, non exprimere; sed tantummodo tacite praesupponere id antiquo iure caueri. Cum itaque Auct. sed cum Testator tollat hoc ius antiquum, tollit & in consequentiam omnia, quae super hoc iure Antiquo fuere disposita; & consequenter deroget dictae l. iubemus licet ipse Raf. satis inuolute in suis verbis loquatur. Ad rationẽ in contrarium adductã

ſupra de Priuilegio reſpondit Io. Anib. loco cit. priuilegio licet in corpore iuris inſerto per generalem pro
220 uiſionem derogari † ex gloſ. in c. vt circa in verſ. corporali de elect. in 6. quòd tale priuilegium corpore iuris comprehenſum ius com. dicatur; & propterea Io. Andr. & Ant. de Butr. Imo. in c. cum ordinem ex. de reſcrip. ad praxim gloſ. doctrinam redigentes inquiunt non eſſe neceſſe impetranti facere mentionem de pri
221 uilegio Ciſtercenſium † de quo ibi, quia ſit inſertum in corpore iuris; vt inquit Idem Io. Anib. ex gloſ. & Croto ibi allegatis. TAMB. Quid igitur erit in propoſita quaeſtione deliberandum? nanque ſi rectè recordor potius cum Cino & ſeq. eſſe cupiebas, quam cum communi, & nihilominus non eorum motus rationibus. CAMP. Profectò à Cino, Cinus non diſcedet; nam non eſt dubium quod d. auct. ſed cum Teſtator iuncto §. ſi uerò expreſſim tanquam ius Nouiſſimum ſit omnino obſeruandum: tum ob generalium uerborum pondus, de quibus ſupra, tum alijs multis pariter adductis dũ ageremus de prohibitione Treb. Et ex ea potiſſimum ratione, quoniam excepta cauſſa portionis natura debitae, ut in ſimili ponderat glo. in Auct. Hoc amplius C. de fideic. potior multo eſt patris uoluntas ſuo arbitratu diſponentis: quam filij
222 praeter patris uoluntatem aliquid affectantis: † quòd intelligi poteſt ex omnibus iuris regulis, quae liberae Teſtatorum diſpoſitioni fauent, non autem filijs aduerſus patris arbitrium ſucceſſuris. ut ſunt notiſſimae regulae l. primae C. de ſacroſ. eccleſ. in uulg. §. Diſponat Auct. de Nupt. Eſt enim patrimonium de quo agitur ipſius patris, quod innuere uidentur uerba in cit. auct. ſed cum Teſtator, ibi, non ignarus quis modus ſit ſui patrimonij; & Teſtantis uoluntas lex eſt l. In cõditionibus ff. de cond. inſtit. ergò ſuo patrimonio,

quam

quam vult, potest legem imponere. est enim rei suae quisque Moderator & Arbitrer, praesertim quando citra alicuius iniuriam de bonis disponit. Iniuria autem nulla filio infertur sequuta Treb. prohibitione, quia Treb. ipsa non est ad fauorem filiorum inuenta, sed vt toties diximus, ad ipsorum potius Testatorum solamen: ne eorum voluntates deserantur: Ergo nullam possunt filij in Treb. ius aut priuilegium praetendere, & consequenter in hac re nullo suffulti priuilegio nequeunt huiusmodi patris prohibitionem peruertere. Nec etiam obsistere, quin Imperator generaliter loquens tam eos, quam alios afficiat detrahere Treb. cupientes; cum aeque tam pro filijs, quam pro alijs Treb. commodum fuerit antiquitus inuentum. Nec negocium facit Baldi supra relata argumentatio ex l. iubemus C. ad Treb. quasi ibi in specialem filiorum fauorem sit inductum ne fructus haereditarij imputentur in d. Quartam, & consequenter multo minus possit prohiberi detrahi: quasi illi priuilegio à Zenone inducto non fuerit per Iustinianum derogatum. Nam praeter alias responsiones paullo supra datas: reponē dum est hic quod superius in alia quaest. eiusd. l. iubemus retulimus, eo videlicet loci Zenonem Imperatorē verba facere quando sub incerto tempore † restituenda esset haereditas, non ad certum tempus, vt in l. Papinianus §. quarta ff. de Inoff. test. quasi eam distingueret, non autem aliquod priuilegium de nouo induceret: sed potius ius commune in filijs loquens, ob varium relinquendi modum, variam afferret decisionem. Aliud esse quando incertum tempus, aliud quando certum Testator considerasset: vt etiam opinata est glos. in d. l. iubemus, & l. Papinianus. Nec obstat si quis diceret diuinatiuam hanc esse opinionem, quasi Tex. cit. l. iubemus generaliter loquatur; nam satius

tius est generalem loquendi modum ex rationabili distinctione interpretari, quàm decurrere ad ll. correctionem; quae semper quoad fieri potest, vitanda est l. praecipimus cum sim. C. de app. Quare concludendum est, cum d. l. iubemus nullum speciale in filijs primi gradus ponat, sed solum d. l. Papinianus distinguat, quae loquitur secundum ius com. idcirco cósequens est, vt hoc veteri iure sublato, dicamus etiam ex eod. §. si vero expressim & auct. sed cum Testator sublatam esse pariter l. iubemus tanquam d. l. Papinianus declarantem. Hactenus de Falcidia & Treb. dixisse sufficiat. quare si quid aliud est, quod tibi in animo sedeat praeter haec noscendi, alacriter depromes; sum enim paratissimus: & eo magis, quo nihil praestantius ab homine homini praestari potest, quam sci-
224 biliũ rerum scientiam, qua nihil potentius † esse scripsit Plato in Protag. siue Soph. hillariter communicare. TAMB. Reuera cum nihil sit homini iucundius quam scientiae suauitas, vt scripsit Orator; Agitamur enim naturalibus quibusdam stimulis ad cognitionis & scientiae cupiditatem: vt idem primo off. testatur: quod ab Arist. primo Met. accepisse credendum est. & Saluium Iulianum legimus generose in haec verba testantem in l. Apud Iulianum ff. de fideicom. liber. & si pedem in sepulchro haberem, adhuc discere vellem. quid mihi ideo optatius euenire
225 potest, quam nobilium rerum †(quarum nobilior dicitur esse scientia, vt magnus ille scribit Auerroes nono Met. com. 22.) notionem assequi. Idque à te, viro omnium bonarum Artium instructissimo, cuius sub disciplina militasse, non minus mihi gloriari saepe cótinget, quam sub Aristot. Alexandro, vel Bartolo sub Cino: quem tu nouus alter Cinus (strepent inuidi quantum velint, scio à me omnem abesse assentatio-

nem)

nem) non nomine solum aequas, sed ingenij praestantia & iudicij integritate antecellis. Cum itaque & mihi sciendi votum sit flagrantissimum, & humanissimum fuerim nactus Doctorem, multiplicabo
226 species, quo in me multiplicetur scientia: † vt idem Auerroes in lib. destruct. disput. 12. in sol. 2. dub. Quaeso igitur, cum in principio inter alias quartas portionem legitimae collocaueris, ac de ea vt locus postulabat, perfunctorie quaedam dixeris, & reliqua in aliud tempus reieceris: ne sit graue proposita restantia capita reassumere, ac de ijs quid in mentem venit libenter exarare. CAMP. Cecum Cupidinem nisi depingerent, non solum tuas in me laudes aequi bonique consulerem; sed forsan indignatus ab amantissimo hoc declarationis prosequendae instituto recederem: sed quia omnium commune est Amantium vitium, vt quod amant omnium excellentissimum esse putent; idcirco ad nostrum munus libenti animo redeo. Indixi quidem haec circa legitimam reliqua esse, quomodo dicatur de iur. Nat. Quanta sit, quo titulo sit relinquenda, Quae ve in ipsam debeant imputari: reuertens ad primum, scilicet v-
227 trum simpliciter dicatur de Iur. Natu. legitima, † vel quommodo. profecto quemadmodum in rebus ingenij arbitrio & acrimoniae permissis varia sunt hominum studia; sic diuersas habuere interpretes in ea sententias. sed ad Bartoli opinionem frequentiori calculo itum est, existimantis iure Naturae quodammodo deberi; idque pluribus confirmant argumentis, sed potissimum ijs, ex quibus non solum legitima, verum etiam vniuersa parentum hae-
228 reditas tali iure debita esse videtur; † vt in l. Cum ratio ff. de bon. dam. presertim in vltimae partis decisione, vbi Imp. Adrianus cuiusdam delinquentis filijs

pater

paternum ammissum patrimonium condonauit. Additur tex. in l. in suis ff. de lib. & posth. qui mirabilis est; vbi filij vel praeteriti, vel exhaeredati Domini adhuc dicuntur, ne dum ab intestato vt inst. titulo de Haer. quae ab intest. defer. §. 1. Vrget magnopere c. si pater de testam. in 6. vbi dicitur explicate iure Naturae debita. Alij tenuerunt de iur. Gent. esse, in quorum sententiam Nouiss. inclinant; vt intelligatur esse debita iur. Gentium, quod ius naturale solet plerunque appellari inst. titulo de rer. Diu. §. singulorum; sed haec opinio vera esse non potest, quia si de iur. Gent. esset, Gentes omnes legitimam sibi portionem debitam haberent: quod tamen non est inductum nisi in Orbe Rom. vt Auct. de Trien. & semis. §. primo. Etenim ius Gent. illud est, quod peraeque apud omnes gentes custoditur l. omnes populi ff. de iust. & iur. & inde communes gentibus Contractus introducti l. ex hoc iure ff. eod. Alij sunt opinati legitimam esse iur. Naturae mere debitam. Deridet eos Soc. inquiens si hoc ita se haberet, Municipali lege abrogari non posset; Iusta quidem reprehensio, sed an iusta sit redargutionis caussa videamus: quippe non minima est inter Doct. controuersia, an per statuentes eiusmodi portio pos-
229 sit auferri, & receptum est; † nisi probabili suadente caussa fieri non posse. vt idem fatetur Soc. Corn. ita dictante in cons. 250. vol. 1. TAMB. Quid ergo sequendum mones? CAMP. Ego nec de iur. Gētium, nec mere iur. Nat. sed quasi ipso iure Naturae à Ciuili confir-
230 mato legitimam fuisse inductam † arbitrarer; moueor exemplo per Theoph. adducto instit. titulo de iur. Nat. gen. & Ciu. ibi. Exemplum autem iuris naturalis est; Maris atque foemine coniunctio (quod nos Matrimonium appellamus) & in liberis educandis studium. Videmus enim non homines modo, sed cetera

quoque

quoque Animalia ijs qui legem hanc obseruant ascri bi. Quoniam Natura cum singula quaeque animalia videret morte consumi, per Matrimonium, & ex eo sequentem liberorum procreationem, ac rursus eorum quae procreata sunt charitatem, educationemque & successionem quamdam veluti immortalitatem ijs commenta est. Quod & parentibus filijs comparare diuitias magno cum labore suasit, ad quas quasi natura debitas filij euocarentur l. scripto ff. vnde lib. l. Nam & si parentum ff. de inoff. testam. l. Cum ratio ff. de bon. damn. quo loci Iulius Paulus parentum haereditatem fuisse liberis addictam respondit; idque ratione naturali; quasi tacita quadam l. ita dictante: propterea quod qua ratione motus fuit pater ad liberos procreados, eadem ad educandos moueri debeat. velut ad debitam successionem eos vocãdo, vt qui ad vniuersitatem venturi erant iure successionis; multo magis portiones quasdam iur. Ciu. moderante haberent, quibus sibi alimenta subministrarent: quemadmodum voluit Cinus in l. sancimus C. de Nupt. & Bonon. seq. Bar. & alij in l. Titio centum §. Titio genero supra titulo proximo. Vnde non iniuria legitimam quodammodo iur. nat. debitam dicemus, non eo modo vt Aliqui voluerunt; verum quia vt idem ait Paulus ratio naturalis ita suaderet. Dixi iure Ciu. confirmante siue moderante sequutus eiusdem I. C. mentem in illis verbis, propter quod & in iur. Ciu. suorũ haeredum nomen eis indictum est, ac ne iudicio quidem parentis, nisi meritis de causis summoueri ab ea successione possunt. Et si quando crudeles in filios parentes esse contingeret, legislatores cauerunt, vt debita quaedam portio quasi naturae seruiens necessitati patribus vel renuentibus filijs conseruaretur: vt concernitur in l. scimus §. illud praeterea sancimus C.

de inoff.testam. TAMB. si legitima filio rationibus alte excogitatis, vt probasti debetur: ergo pater velit
231 nolit eam relinquere tenebitur? † CAMP. Nulli dubium est teneri, quoniam praeter ea quae diximus Imperator ita constituit pluribus in locis & §. Aliud quoque capitulum Auct. vt cum de App.cog.& §.primo Auct.de Trien.& sem.& §.vlt. Inst. tit. de inoff.testam.cum sim. TAMB. Quae nam fuit potissima ita
232 constituendi ratio? † CAMP. Ne liberi necessarijs vitae adiumentis destituantur, vt iam audisti, & inoff. quaerela parentum testamenta subuerterentur: vt toto tit ff.de inoff.testam. TAMB. Quāta erit igitur prae
233 dicta legitimae portio? † CAMP. Olim quarta erat d. l.Papinianus ff.de inoff.testam. Hodie autem secundū numerum liberorū consideratur; nanque si quattuor vel pauciores sint filij ex substantia deficientis (de qua supra latius tractauimus) tertia, ex aequo inter eos diuidenda, debetur: si vero plures quam quattuor dimidia. vt in tit. de trien. & sem. §. 1. & Auct. Nouiss. C. de Inof.test.& ibi communiter omnes Doct. Sed Quo ti
234 tulo, † vt ordinem propositum prosequaris, pater legitimam filio relinquere debebit? CAMP. Olim quo cunque relinquebatur titulo vel fideicommissi, vel legati, siue donationis, vel quocunque alio satis erat: vt d.§.vlt.inst.titulo de inof.test.d.§. 1. Auct.de Trien.& sem.& §.si vero filios Auct.de Monachis. Hodie autē non ita, quia oportet aliquid iure institutionis filio relinqui d.§.aliud quoque Auctentico vt cum de App. cog. ibi. Sancimus igitur non licere penitus parentibus suum filium vel filiam vel ceteros liberos praeterire, aut exhaeredes in suo facere testamento, nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicōmissum, vel alium quēcunque modum eis dederit legibus debitā portionē; quod recepit gl. ibi dicens d.§.

aliud

aliud quoq.alia iura in contrarium facientia correcta fuisse,& haec est com.sententia.Aliorũ vero fuit opinio,quã amplexi sunt Bal.in l.Quotiens in 2.col.C.de Haer.inst.Cast.cons.323.Corn.cons.62.vol.2. & com. esse Testatur hic Soc.dum com. opin.tenẽtes superiorẽ limitandã fore dixerũt: si in Codicillis testamentũ omni meliori iure valere scriptũ esset.Vel potius vt referebat gl.in d.§. aliud quoq. Iura in contrariũ loqui quando non fiebat testamentũ,sed Codicilli in cit. vero §.aliud quoque qñ solemniter testabatur. TAMB. Cui ergo ex praedictis opinionib.adherendum: erit? CAMP.Ab illa com.superiori non esse discedendũ satius ducerẽ,quia sub Clypeo legis nemo decipi † dicitur l.Paulus de Praet.stipul. & vbi legẽ habemus, non est facile gl.aut Doctorib.confidendũ gl.in l.sed licet ff.de offic.Praes.At pro com. tex. habemus clarũ in d. §.Aliud quoq.ergo eã omnino sequendã.& eo magis, quoniã posteriores ll.& priores declarare, & anterioribus plerunque derogare certum est l. Nam & posteriores ff. de ll. Tempore autem priorem esse constat d. Auct.de trien.& sem.posteriorem vero Auct.vt cum de app. cog. Cum altera Constitutio ad Theodorum praef.praet.Altera Ioanni praef. praet. viceconsul. Bellisario vt colligi pot ex ann.digestione per Gregoriũ Oloandrum diligẽter cõquisita.Est praeterea id expeditũ ex Auctenticorũ ordine, nã ab illo de Trien. & sem.cõplures medij tit.intercedũt,antea quã ad illũ vt cũ de app. cog.deueniatur:quẽ ordinẽ in suis cõstitutionib.diligẽter obseruasse professus est Iustinianus l.1.& 2.C.de vet.iur.enuc.& in l. Vnica de nouo Cod. fac.facit gl.i rub.de cõd.furt.cũ alijs quae not. Script. in rub.ff.si cer.pet.Reicerẽ Bal.& aliorũ opi.ꝙ manifestũ sit i Codicillis neq.dari,neq.adimi posse haereditatẽ l.hrditatẽ C.de Cod.§.codicill. inst.de Codic.quasi

Here "35" stands in the left margin beside the line "tius ducerẽ":

essent illius sententiae notissimae obliti, & quasi immemores facti Codicillos ob nullam aliam caussam fuisse adinuentos, quam in ijs non institutiones, sed fideicommissa relinqui oportere: vt inst. tit. de fideic. haer. in princ. TAMB. Ego quidem in ijs subtilissimis quaestionibus pene mersus essem, nisi quasi manu porrecta in lucem hanc eduxisses, ne deseras, restantque quae superentur sirtes, quae adhuc fugentur tenebrae: & ecce alia incurrit dubitatio. An filius praedictam legitimam arbitratu suo ex singulis rebus pa-
336 ternis deducere possit, vel quomodo. CAMP. Pro vtraque parte pugnantes extitere Doctores, & quo magis veritas elucescat, vtriusque partis arma proponam: legitimam vt supra filium deducere posse contenderunt Iac. de Are. & Cinus in d. auct. res quae Bald. in l. 2. C. com. de leg. & Imo. in l. Marcellus §. res quae ff. ad Treb. Quorum praecipuum illud est fundamentum, quòd filius sit in legitima Creditor, cum illa sibi iure debeatur d. l. Papinianus §. quoniam ff. de inoff. testam. & l. vlt. cum ibi not. C. de Codic. l. si patronus ff. de Don. & §. primum itaque Auct. de Haer. & Falc. Vnde si Creditor, quam rem velit, pro libito poterit eligere per l. Creditoris arbitrio ff. de distract. pign. Deinde charitas patris erga filium ita monet, & praesumptio de debita parentum filijs haereditate, vt in d. l. scripto ff. vnde lib. & l. isti quidem ff. Quod met. ca. Postremo adderem l. lineam Margaritarum hoc tit. vbi pro Falcidia dicuntur res vendicari, si ergo detracturus Falcidiam vendicat quasi dominium habens, sine quo vendicatio non competit §. primo inst. de Act. cum sim. quanto magis filius pro legitima vendicatione vtetur? Contrariae opinionis defensores fuerunt Imo. Alex. & Nouiss. hic concludentes filium non posse in re aliqua ad libitum legiti-

mam eligere nisi retenta superiori distinctione quam in vtraque falc. habuimus, hoc est legatario & fidei-commissario renuentibus: ea ratione adducti, quoniam legitima in singulis rebus debetur d.l. omnimodo C. de inoff. testam, Addentes filium dictae legitimae Creditorem cogere posse haeredem seu fideicõmissarium, vt diuisio fiat, subindeque act. fam. erc. vel Iudicis officio sibi consulere l. 2. C. fam. erc. & inst. titulo de off. iud. §. pen. Erit igitur legitima filio secundum aequitatem in vna, vel pluribus rebus assignanda. Eiusd. opinionis fuit Iac. Butr. in §. quamobrem in Auct. de restit. & ea quae par. quem sequuti sunt Bald. Saly. & complures alij in d. l. filium quem habentem C. fam. erc. glos. Panor. & alij in c. Raynaldus de testa. & hanc com. sententiam esse Nouiss. hic testantur, illa alia ratione vtentes, ne filio praetextu legitimae praebeatur occasio meliora seligendi, & deteriora relinquendi Haeredi siue fideicommissario, quibus ll. pro eorum iure tuendo multo magis fauent, quam filio: l. vlt. §. sed & si quis C. com. de leg. & d. l. 2. C. quando & quibus Quar. par. lib. 10, ex qua Bar. inferebat filiũ propria auctoritate possessionem alicuius rei pro sua legitima occupare non posse: nec occupantem aliquam possessionem acquirere, quia quousque legiti-
237 ma non sit assignata, certum locum non habet, † sed pro indiuiso in quaque re ius suum retinet l. Meuius §. duobus ff. de leg. 2. & propterea filius in incerto nul-
238 lam poterit nancisci possessionem † l. Possideri §. incertam ff. de Acq. poss. & ibi Ias. & Alex. cons. 134. lib. 4. Bertr. cons. 72. lib. primo & Aret. cons. 156. qui de com. refert, cui assentit Soc. & Ripa hic inducẽtes tex. à speciali in Auct. res quae C. com. de leg. iuxta reg. in l. ius singulare ff. de ll. Ego horum opinionem, magis quam diuersam, veritati proximam esse crederem meliori

liori forsan ratione. Etenim si filius fuisset cum altero haerede vniuersalis haeres institutus, nemo dicet, quia filius, ideo rerum electionem habiturum; tantundem enim iuris is in rebus haereditarijs habebit, quantum vel extraneus Cohaeres: vt s. fam. erc. iudicio inter eos Iudex litem dirimat. Cur ergo erit filio rerum electionem affectanti aduersus Haeredes, siue fideicommissarios indulgendum? Nec enim Imperator, dum titulo institutionis voluit ei relinqui, electionem tribui mandauit, sed ex aequo cum Haeredibus rem omnem tractari; quod sedulo intuenti ostendit d. §. Aliud quoq. capitulum Auct. vt cum de app. cog. Accedit praeterea aequum non esse vt res quasi arbitratu filij, & interdum, vt humanum est vitium, insolenti; vel quod sibi commodius cadat, vel vt alijs iniuriam
239 ingerat, misere & saepe inutiliter dilacerentur † arg. d. l. 2. C. quando & quib. &c. lib. 10. ijs stantibus non obstabit praecipuum contrariae opinionis fundamẽtum ex l. Creditoris arbitrio ff. de Distr. pign. eductũ, nam respondit Alex. eam l. loqui in Creditore hypotecam habente, quam certum est filium pro legitima
240 non habere: † quae responsio placuit Ripae & Soc. hic. TAMB. Non ne ex ea ratione Doctores Alex. responsionem impugnarunt, quia si pro legatis à patre
241 relictis bona sunt hypothecata filio † l. prima & 2. C. com de leg. ergo multo magis pro legitima allegantes ita tenuisse Bald. in d. l. filium quẽ habentem; & Aretinum in d. cons. 156. CAMP. Equidem non defuerunt, qui auctoritate Baldi & Aret. Alex. impugnarunt, sed eorum mentem non sunt assequuti; nec superius cit. iura, vt debebant, recte inspexerunt: siquidem hypo
242 tecaria actio, † de qua in dictis ll. solet aduersus easdẽ res particulares dari, in quas competit etiam rei uendicatio ut ibi. At in legitima, quae incerta est, legati similitudo

militudo nõ cadit, cui & illud addi pôt, nõ paruã esse inter Alterutrũ differẽtiã: náq. legata secũdũ Testato ris volũtatẽ debẽtur, legitima vero instar Falcidiae cõ tra volũtatẽ. Et ideo ratio legislatorib. nõ suasit, vt pro legitima hypotecã darẽt, queadmodũ & pro legatis.

243 Accedit hypotecã † cõcessã nõ intelligi, nisi expresso iure caueatur secũdũ regulã l. Ante omnia ff. de Prob. Quam opin. Curt. cons. vlt. com. esse dixit, quod & Bal dus senserat in l. si pater quaest. quinta C. de inst. & sub stit. & à Ripa hic sequutus est: quare in Alex. adducta non subsistunt. Nec obstabunt argumenta à charitate patris erga filium, & à praesumptione haereditatis eidem debitae desumpta; tantum enim abest, vt aliquid faciant, vt potius possit in contrarium retorqueri, profecto si talis paterna attendenda fuisset cha ritas disceptando circa legitimae detractionem non laboraremus: verum vel vniuersam haberet filius hae reditatem, vel in pretiosioribus saltim rebus illam filio pater constitueret, vel ad libitum filij eligendam disponeret, vel quasi ex praesũpta patris charitate iu ra filio electionem attribuerent. Ad adductam l. lineam Margaritarum responderi poterit, quod ver-

244 bum, vendicare, † non semper rei vendicationem significet; sed haereditatis puta petitionẽ d. l. Cum ratio, vel rei haereditariae retentionem l. Seius Satur. ff. ad Treb. l. 1. C. de Carb. edic. c. velatum ex. de iur. Patr. Panor. in c. venerabilis in prin. de except. Significat & vẽdicare sibi aliquid suo quodã iure attribuere, vt est illud ꝓ Milone, ẽt si id Milo fecisset, cũcta Ciuitas eã laudẽ ꝓ sua vẽdicaret; & 1. lib. off. si id mihi assumo, videor id mihi iure quodãmodo vẽdicare. TAMB. Quid

245 si cõtra Haeres eligere uelit rẽ, † ex quo filio legitima dẽt? CAMP. Neq. ẽt ipse erit audiẽdus ijsdẽ rõnib. quib. usi fuimꝰ cõtra filiũ d. regula l. nõ dẽt actori ff. de reg. iur.

legitimam etiam filijs primi gradus, & per Saly. in d. l. iubemus C. ad Treb. Et ideo non esse inconueniens si pro supplemēto à Iudice deputētur. Eiusd. sētētiæ fuerūt Curt. cons. 52. & Ripa hic, & infra in l. in fideicommissaria. Contrariae autem opinionis extitit Imo. in d. l. Centurio validissima profecto ratione quia supplementum de paterna substantia rerum principaliū praestari debet, vnde quemadmodum supra filij recipientis animum dispiciendum esse diximus, ita etiam hic idem repetendum esse deliberarem. Etenim si filius supplementum de fructibus nolit acceptum ferre, responderem omnino Iudicis arbitrium non esse sequendum; quia Bald. d. §. repletionem subtiliter ponderabat, quo de substantia patris aliquid dicendum sit proficisci, debet illud mortis tempore deduci. Nec de Ang. & sequacibus multum essem sollicitus vt supra asserentibus dictos fructus haereditarios esse, & de substantia patris censeri, quia licet hoc non negauerim, siquidem clarum est ex ipsis haereditatem augeri d. l. itē veniunt §. fructus ff. de Pet. Haer. Tamen principalis patris substantia fructus nomine
249 non designatur; † quare si ex ea filius cupiat sibi supplementum dari, & non ex fructibus, erit audiendus: nisi forsan filius ante fructus percaepisset, tunc enim supplemento seruirent: postquam iam dudum receptum est, fructus in legitimam computari, vt infra abunde suo loco disseremus. Verum secundum ea quae proponuntur, si nulla probetur fructuum percaeptio, & nolit filius ex nondum percaeptis fructibus supplementum fieri iuste contendet. Nec obstabit ei d. l. fructus pendentes, quia vt vendicari possint,
250 pars fundi esse à I. C. dicuntur, † eo maxime, quòd ex ipso fundo proueniunt, quare cum fundus vendicetur, in consequentiā veniunt fructus pendentes; ve

rũ nõ inde ſequitur, vt ipſi dicãturpars principalis, ſeu principalis Defuncti ſubſtantia. quod ſi quadam, qua liſcumq. ſit, liceat vti ſubtilitate, quo genere ſolẽt No ſtrates diſputando delectari; ponderabunt verbum, pendentes, ac ab eo ſic vrgebunt, ſi pendentes, ergo non prius Teſtatoris, ſi non Teſtatoris, ergo ex eis nolente filio ſupplementum aſſignari non erit conueniens; ſed conueniet ex ipſa patris ſubſtantia ſuppleri d.§.repletionem, non autem ex his, quae veniunt in conſequentiam arg.l.primae ff. de Auct. tut.l.Conditionibus pupillus ff.de Cond. & Dem. Neque aduerſabitur Cini Baldi & aliorum inductio eiuſdem §.repletionem, quia non ſequitur fructus per filium in legitimam imputantur; ergo Iudicis erit arbitrium ex eis legitimam fore ſupplendam: id enim ſupra locum habere docuimus, quando filius eos percaepiſſet, ſeu aliter diſſipaſſet arg.l.Marcellus §.res quae ff. ad Trebell. Inſuper ex ea reg. confirmarem, quae eſt in l.Haereditas ff. de reg.iur. in haec Iuliani verba, haereditatem nihil aliud eſſe, quam ſucceſſionem in vniuerſum ius, quod Defunctus habuit mortis tempore. Itaque ſi quid poſt mortem Teſtatoris haereditati accreſcit, & eam auget, vt d.l.Item veniunt §.fructus non proprie dicetur de ſubſtantia ipſius eſſe: quare ſi id filius pro legitima nolit acceptare, nihil iuri contrarium allegabit. TAMB. Hactenus de Iudicis arbitrio circa legitimam, eiuſque aſſignationem dixiſſe ſufficiat. Verte nunc ſermonem ad eam dirimendam dubitationem, quam de Patre ſcriptores proponunt, quae eſt huiuſmodi. Vtrum quam rem velit Pater pro
251 legitima filio poſſit aſſignare † CAMP. Propoſitam quaeſtionem in duas ſcribentes diuiſerunt, hoc eſt, Aut in pecunia, Aut in corporibus fiet aſſignatio, ſi in pecunia prout Quaeſtio diuiſa eſt, ita ſcriptores

in duas se diuiserunt partes; Alterius Princeps fuit Bald.in cons.167. lib. 5. asserens legitimae assignatio nem à patre in pecunia fieri posse ex l.si quis priore & l.Deducta §.nummis ff.ad Treb.Sectatores habuit Ripam & eo referente Fab.de Gioch.in auct.Nouissima in 10.quaest.principali, vers.sed quaeritur vtrum legitima C.de Inoff.testam.ex glos.in l.3.§. seu vtrum ff. de min.dictante filium institui posse in 10. Imperialibus.Confirmat Ripa quod pater filio mandare possit corpora haereditaria vendi d.l.Qui fundum & l.si dignum hoc tit.nostro.Addit insuper quia pater potest in vita omnia sua bona vendere; cur ergo non poterit mandare corpora alteri restitui accepta certa summa pro legitima sibi retinenda? Aduersanti vero §.repletionem ita respondet, Imper.ibi versari circa legitimae supplementum ex l. faciendum; In proposito vero casu, de legitima Testatoris dispositione assignanda, cuius dispositioni contradicentem aliquam legem nó inueniri. Alterius diuersae opinionis Dux fuit Guig.de Cun.putans filium, si nolit, non cogi pecuniam pro legitima à patre sibi assignatam acce-
252 ptare,† nixus eiusd.l.§.repletionem,& Auct.de Triē. & sem.§.1.coll.3.qui sequaces habuit Bart.& Imo.in l.suus quoque, Bald. Saly. & communiter alios in d. §.repletionem Bald, in d. l. filium quem habentem C.fam.erc. Alex.& Posteriores in l. Non amplius §. vlt.ff.de leg. 1.Idem Alex.in cons.66.lib.1.Dec.cons. 81.& Bertr. consil.314. cum alijs compluribus, qui de com. testatur. TAMB. Arduam quaestionem hanc esse mihi persuadeo,postquam scriptores inter se, vt recitasti, ita dissentiunt, verum si mihi liceat, (cuius partes sunt potius audire, quam deliberare) ex duabus alteram eligere, priorem Baldi & aliorum sententiam probarem:eorum enim

rationes ni fallor ingentem vim habent, & illa mihi videtur potissima, dum Testatoris voluntatem intuentur, perinde ac legem esse seruandam, vt in §. Disponat cum suis concor. Auct. de Nupt. Quod ex alia regula video non parum confirmari, quae est in ultimis voluntatibus Testatoris mentem etiam ex quibuscunq. praesumptionibus coniectatam, penitus esse custodiendam: vt docuisti in expositione cit. l. licet Imperator ff. de leg. 1. Quanto magis ergo in proposito casu, in quo coniecturis non egemus, cum Testatoris voluntas secundum ea, quae proponuntur, sit prorsus expressa? CAMP. Quod priorem fueris Baldi & aliorũ opinionem amplexus, tuum laudo potius ingenium, quam opinionem praedictam probem; sunt enim pro op. communi tum vrgentes rationes, tum magni nominis scriptores, adeo vt nostra non indigeant confirmatione; sed vt obiecta abs te nouissime proposita aliqua diluam responsione, haud obstare dicerem: quia vbi lex disponit, nemo facere potest, quin ea dispositio suo in testamento locum habeat l. Nemo potest ff. de leg. primo. Disposuit Imperator in d. l. scimus in §. repletionem legitimam filijs ex ipsa substantia patris fore assignandam, ergo non ex alijs, quamnis pater ita mandet, quoniam communi Doctorum consensu superius asseruimus legitimam contra Testatoris voluntatem detrahi; vnde si pater non vt decet, filio legitimam assignauerit, veluti in pecunia: haud ita facile eiusmodi obtinebit assignatio. quippe Imperator noster Iustinianus per cit. constitutionem filijs purum iuuamen inferri, & repletionem ex ipsa patris substantia fieri constituit: quare si praeter alios ponderem⁹ ambas illas dictiones, & purũ iuuamẽ & dict. ipsa, quae immediate patris substantiam nobis significare videtur; non iniuria profecto filius (si eo modo si-

bi

bi pro legitima factam assignationem accipere noluerit, & ex ipsa patris substantia dari petierit) erit audiendus. Nec obstat Bald. alleg. ex d. l. si quis priore & l. de ducta §. nummis, quia vt ait Ripa de Trebellianica loquuntur; nec praeterea obstat consideratio Fab. de Gioch. facta in d. auct. Nouissima C. de inof. testam. & ex not. in d. l. 3. ff. de Minor. quia id ne filius diceretur praeteritus obtinuit: non autem vt pecuniam sibi pro legitima relictam teneretur acceptare. ijs ergo hoc modo dissolutis com. conclusio ab omni contrarietate illaesa conspicitur. TAMB. Concludis ergo patris voluntatem exitum non habere, quando legitimam filio in pecunia dari mandet? CAMP. ita recte diffiniri puto. TAMB. Numquid idem erit in secundo capite, nempe quando in aliquo corpore, ex ipsius sub-
253 stãtia deducto, dari iusserit? † CAMP. Non idem, quia patrem id facere posse frequentiori calculo, Ripa testante, receptum est ex d. §. repletionem. TAMB. Vrgentibus rationibus facile in tuam sentẽtiam trahor, adeo vt ne tantillum quidem scrupuli in supradictis uideatur mihi esse reliquum: sed restant adhuc quae tua suadente humanitate clariora reddantur. postquam igitur suppletionis mentio saepissime incidit scire aueo in quem filius pro ipsa supplenda legitima
254 sit actiones directurus. † CAMP. Dubitationi huic quaerens Bar. satisfacere tam contra Haeredem, quam contra legatarios posse agere respondit, motus per tex. l. si libertus §. libertus, & l. si ex patronis ff. de bon. libert. in quibus dicitur, quod uel Patronus cohaeres factus sit, uel alicui legatario coniunctus filium aduersus utrumque pro Quartae repletione posse agentem experiri. Nititurque secundo confirmare ex d. §. repletionem quasi probetur ibi repletionem, fieri posse ex particularib. rebus uel apud haeredes apud uel lega-

legatarios existentibus, expēditque verba illa ex substantia patris, quasi res singulares denotantia. Addit insuper dictionem illam ex rebus ipsis non leue pondus afferre. Postremo attentè monet considerādum esse tex. in d. §. si quis vers. ceterū Auct. vt cum de app. cog. dum Imper. in illis verbis, ab haeredibus impleri secundum alias ll. nostras, tacite innuere videtur etiam à legatarijs impleri; quod in Pandectis explicari inquit idē Bar. & in d. §. si libertus, & in d. l. si ex patronis: & Imper. appellādo ll. nostras nō solū Codicis, sed & digestorum Iura significasse, forsan ex §. omnia enim ergo C. de vet. iur. enuc. TAMB. Opinio haec Bar. erit ne recipienda? CAMP. Si eam simpliciter, prout proponitur, intelligere velimus, hoc est, vt vno eodemque tempore & aduersus haeredem, & in legatarium filius agat nulla habita haereditariae facultatis obseruatione, non dubito quin iure sit eius doctrina reijcienda, tanquam alijs iuribus ac rationi contraria. Namque ratio dissuadet, vt facultas repleturo sit legitimam portionem quasi arbitratu suo praetextu suppletionis res vel haeredis vel legatarij dilacerare contra l. 2. C. quādo & quibus quarta pars &c. lib. 10. Iuribus vero repugnat, obsistit enim tex. ab ipsomet Bar. citatus in d. §. si quis in vers. ceterum, vbi expeditissime Imperator loquitur legitimam ab haerede impleri debere; ergo non à legatario. Nec enim extensio ab haerede ad legatarium est admittēda; quando ridiculum esse videtur, si fiat cum minimis corporis partib. capitis quod Princeps est absimilis comparatio: est sane omnib. notum testamenti caput haeredem esse, vt insti. Tit. in prin. de Haer. inst. legatariū autē tanquā extraneā personā accedere. vt com. est locus in Rubr. ff. de leg. 1. Consequens est ergo filio nō licere singulas persequi res repletionis co

lore etiam apud legatarios existentes, quia suppletio, de qua quaerimus, petitur vt Ripae placuit condictio
255 ne ex l. † p gl. ī dictis ll. omnimodo, & scimus in prin. C. de inof. test. quae condictio personalis est §. appellamus inst. de actio. quare non transmittetur in legatarios singulares successores l. 1. §. si haeres percepto fundo ff. ad Treb. praesertim quia legitima ipso iure resecat legata instar Falcidiae l. linea margaritarum hoc tit. quod probatur in d. l. scimus in vers. ipso iure & ibi Nouiss. Tamb. Obtinebit igitur prima illa Bar. opinio, vt pro rata contra legatarios etiam agi possit? Camp. Nequaquam quia quemadmodum perbelle respondit Saly. legitima minuit ipso iure l. Falcidiam ꝙ primo deducitur per haeredē aes alienū, deinde legitima filij instar aeris alieni l. Papinian⁹ §. Quarta ff. de inof. test. & ex residuo postea legata soluuntur, nisi haereditas opulenta esset, quia eo casu integra soluerentur legata. Tamb. Quid si Haeres sine legitimae retentione, & Falcidiae deductione legata soluerit? poterit ne aduersus legatarios ad suppletionem age-
256 re? † Camp. Receptior opinio est posse, quae satis placet Ripae hic & Castr. distinctionē facieti inter legatarios specierū, & legatarios quātitatis, vt primo casu indistincte possint ad legitimā pro rata supplendā cōueniri; cū ex d. §. repletionē de reb. haereditarijs sit faciēda repletio: quod Bal. antea docuerat in d. l. oīmodo & cōmunem esse opin. Corn. testatur in cons. 190. lib. 3. & cons. 148. lib. 4. Tamb. Huic opinioni licet bono & aequo mirifice consonet, vehementer tamen obstat d. §. ceterū secūdū expositionē super eo à te factā, & secūdū expressa verba ibi, ab Haerede legitimā impleri debere. Camp. Inficiari nō possū, quin valde aduersari videatur, verūtā auctores cōtrariae opin. rūdēt, quod si soluēdo sit haereditas, vel haeres

non

non confecerit inuentarium teneri ipſum haeredem legatarijs ad aeſtimationem pro rata eis euicta arg.l.ſi domus §.primo ff.de leg.1.quare inde conſequens eſſe aſſeuerant, ſuppletionem ab Haerede fieri, non autem à legatarijs, & ita intelligendum eſſe in contrariũ alleg.§.ceterum, quando ſcilicet deductis legatis hae reditas remanet ſoluendo, vel haeres non confecerit inuentarium, nanque tunc vtroque caſu ab haerede tantum ſuppletio fieri debet; tum quia cum in alijs bonis filio ſalua ſit legitima, de rebus legatis deduci non licet docente Baldo in l.prima ff. de rer. diu.tum quia contra legatarios in ſubſidium dumtaxat pro ſuppletione agitur, quod ſubſidium non conficienti Inuentarium minime datur l.vlt.§.vlt.C. de iur.delib. quod & firmaſſe videtur Ang. in d.l. Papinianus §.ſi conditionis ff. de teſtam. & in l. ſi pater C. de inſtit.& ſubſt. Secus autem eſt, ſi haeres inuentarium fecerit, haereditas vero non ſit ſoluendo, quia legitima ex alijs rebus haereditarijs integra praeſtari non poſſit, cum non adſint; etenim tunc opinioni Bart. dabitur locus, pro rata ſcilicet ſuppletionem à legatarijs faciẽdam eſſe: pro qua facit tex.in l.vlt. §. licentia cum ibi not. C. de iur. delib. & ita procedit tex. in l. ſi libertus ſub conditione §. libertus, & in l. ſi ex patronis ff. de Bon. liber. TAMB. Placeret mihi haec reſpõſio ſi ſuperius abſte dictis, vt opinor, non repugnaret, nanque Bar. opinionem nullo modo ſequendam eſſe dixiſti, modo autem ad illam tanquam ad ſacrã anchoram confugis; quare duobus contrarijs quaſi ventis agitatum imbecille meum ingenium vacillans ac natans reddis. CAMP. Vtrumque dixi, & vtrumque ſine contrarietate aliqua procedere poſſe demonſtro; quippe ideo Bartoli opinionem nullo modo amplectendam eſſe ſupra concluſum fuit, quòd ex dia-

me-

metrò dicto §. ceterum aduerſaretur, qui intelligendus ſit, vt omnes putant, quando haereditas eſſet ſoluendo, & propterea ſuppletionem ab haerede fieri; vt eſt ſupra rationibus cóprobatũ. Bar. vero & ab haerede, & à legatarijs ſuppleri ſimpliciter opinatus fuit, quod ſimpliciter procedere nõ põt; ſed ſolũ qñ hrẽditas nõ ſit ſoluẽdo: quare nõ iniuria à Bar. ĩdiſtinctè loquẽti diſcedẽdũ cenſui. adhibita vero vt ſupra diſtinctione in altero ex caſib. ipſius dictũ recipi poſſe affirmaui. Satius enim duxi Bar. opinionem diſtinguendo cohoneſtare, quam reprehenſoris partes in eum exercere; ſolebam enim cum Iuuenis eſſem, gloriolae cuiuſdam inanis ſtimulis percitus iuuenilis, ingenij vires in Barto. & alios experiri, vt ex quibuſdam noſtris eius aetatis ſcriptis apparet: at nunc alia aetas alios mores poſtulat, vt aliorum famae ita parcamus, ſicut noſtris quandoque ſcriptis cupimus indulgeri. TAMB. Vt animo conſequi potui ſaluum reddidiſti Bart. vno tantum in caſu, hoc eſt, quando haereditas non ſit ſoluendo, tunc poſſe legatarios conueniri: at quid Bar. allegationibus reſpondebis, quibus ſuam indiſtinctè opinionem probare conabatur? CAMP. Primum praedictis ll. ſi libertus ſub conditione §. libertus, & l. ſi ex patronis ff. de bon. lib. ſuperius facta quadam diſtinctione reſponſum eſt. Secundo vero ad dictam l. ſcimus §. repletionem vbi Bar. conſiderando illa verba ex ipſis rebus, & ex ſubſtantia defuncti, innuebat videri quodammodo reale onus, quaſi ſignificarent ex rebus etiam ſingularibus repletionem fieri debere, nempe ex rebus ipſis legatis, reſponderem eiuſmodi conſiderationem recipiendam non eſſe, quia nulli dubium eſt, quemadmodum ſupra ſecundum Imo. & Rom. ſententiam firmauimus, verbum illud, ex ipſa ſubſtantia, praeſeferre principale Teſtatoris

patrimonium l.cogi ff.ad Treb.Quod verum esse con firmo secundum vulg. Iura Haeredem personam, & ex consequenti substantiam ipsius defuncti repraesen tare, non autem legatarios; ergo repletio, quae ex ipsa defuncti substantia fieri debet, iuxta d.§. repletionem, ab ipso haerede praedictam substantiam represen tan te erit omnino facienda. Postremo non obstat Bar.pō deratio ad d.§.ceterum dum ibi verba illa secundum alias ll.nostras, interpretabatur secundum Digestorū iura, hoc est secundum d.l.si libertus §. libertus & d.l. si ex patronis, quia illius tex. verbis abutitur Bar.nanque Imperator eo loci per illa verba intelligit explicite de ll.suis à se promulgatis, vt in specie sunt l.omnimodo, & d.l.scimus §.repletionem C. de inof.testam. & ita placuit Baldo, & compluribus alijs Doctoribus. Quod autem Imper.nō potuerit sensisse de legitima iure Pandectarum implenda, patet manifestissime ex eo quia tempus de quo loquitur, Triens vel semisse re plendum erat: vt in Auct.de Trien.& semis.Iure vero Pandectarum solum Quarta praestabatur, vt l. Papinianus ff.de inoff. testam.Et ex his puto esse Bar. allegationibus satisfactum. TAMB. Expeditis ijs, tempestiuum est explicare quae sint in legitimam praedictā
257 imputanda; † dicas igitur clare quae sint legitimae imputationi subiecta.CAMP. Quaecumque ex Testa mento patris aut iure institutionis, aut legati, siue in vim modi, siue alia ratione à filio capiātur, in legitimā imputātur, vt l. Quoniā nouella, & l.omnimodo §.1. quae coniūctim probat C.de inof.test.TAMB.In praedi ctis ll.de capione in vim modi nulla fit mētio. CAMP. Verum est, attamen Barto. credidit ex eo probari, quod in d.l.Quoniam nouella Dotes, & Donationes propter nuptias imputari cauetur; inde ad alias simi es consequentiam accipiendam duxit. TAMB. Erit

forsan

forsan idem dicendum de capione conditionis caus sa explendae? CAMP. Magna fuit hac de re inter Doctores altercatio, vt infra videbimus, interim animaduertendum est, aliud esse aliquid in vim modi capere, quod fit per dictionem, vt, aliud vero capere ex caussa conditionis implendae, quod fit per dictionem, si, vt supra cognoscere potuisti ex d.l. In ratione §. tametsi, & ex vers. vlt. huius nostrae legis. TAMB. Quorsum haec? cum de imputatione sit sermo? CAMP. Vt imputatio magis elucescat ex re haec omnia in medium attuli, quia quatenus ad vim modi pertinet, procul dubio concluderem id omne imputandum esse ex generalibus Imperatoris verbis in §. pen. inst. de inof. testa. Vtrum vero de relictis filio conditionis caussa explendae idem concludi possit, videndum est; id certe varias habuit scribentium opiniones: Communis nanque fuit opinio cum glos. in d. l. filium quem habentem, de qua hic testantur Senenses, nempe eo modo relictũ imputari, non debere, secuti sunt Bald. Saly. Imo. hic, Alex. & alij complures. Contrariam vero sententiam Fulgos. habuit in cit. l. filium, quem sequuti sunt Perusini, motus vt quidam referunt ex §. si patrono l. etiam ff. de Bon. lib. & ex Bar. summario in d. l. Papinianus §. si conditione ff. de inof. testam. dum ita colligit, datum caussa conditionis implẽdae in legitimam imputari. Angelus mediam inuenit sententiam distinguens aut quod filius accipit ex caussa conditionis implendae, est de reb. haereditarijs, aut aliũde, si de haereditarijs imputabitur, si aliunde non item. Fuit & aliorum opinio, qui nullo modo conditionis gratia acceptum imputandum esse dixerunt, eo praecipuo argumento, quoniam vt Bald. & Saly. placuit ex l. in prioribus. C. de inof. testam. legitima statim à patris morte, sine onere & dilatione debetur, vnde quaecumque

conditionis explendae gratia accipiantur, in se & cõditionem & dilationem habeant, imputari non posse videantur. TAMB. Quid ergo in tanta opinionum varietate verius esse aestimabis? CAMP. Placet mihi quemadmodum & Socino media Ang. sententia, eo quod videam in d. §. repletionem ex rebus haereditarijs, vel ex ipsa patris substantia imputationem faciendam, quod suadet & d. l. Quoniam nouella in fine ibi si ex substantia eius profecta sit, de cuius haereditate agitur; ex quo colligi potest, fore vt quicquid ex patris substantia prouenit, in legitimã imputetur. Huic congruit quod non insubtiliter aduertit Soc. hic ex l. Etiã §. si patrono ff. de Bon. lib. vbi imputatio in haec verba ab Vlpiano describitur. si Patrono conditionis implendae caussa quid datum sit, in portionem debitam imputari debet, si tamen de bonis sit liberti profectum: ex his verbis confirmationem augeo quoniã si in quartam Patroni data in figura conditionis toties imputantur, quoties ex bonis ipsius liberti capiũtur, & quae aliunde proueniunt non ita: quanto magis id erit dicendum in quarta filij? cum legitimam filio magis debitam esse quam Patrono communiter scribentes dixerint? vt hic fuse per Alex. & alios ostenditur. Patet igitur ex his superiores opiniones fore reijciendas, & praecipue illam Fulgosij à Perusinis receptam, qui simul putauerunt omnia gratia conditionis implendae accepta, vndecumque persoluenda essent, in legitimam imputari. Quippe eorum fundamentum in d. §. si patrono positum, infirmum esse constat, postquam eo loci Vlpianus non generatim de omnibus rebus imputandis loquitur, sed per illam dictionem, si tamen de bonis sit liberti profectum; quae dictio, si tamen, est restrictiua arg. eorum quae dicunt Doctores in l. ob aes C. de Praed. Min. & l. Contractus ff. de reg.

iur.

iur.& ibi nos etiam ſcripſimus, vt in impreſſione Pariſienſi. Nec obſtat, quod pro eorum opinione pene in terminis facere videretur Bar. ſummarium in d.l.Papinianus §.ſi conditione ff.de inof.teſtam.quia vt Soc. probat extra praedicti §.mentem factum eſt, nam finis illius tex.fuit filium, qui aliquid ex cauſſa conditionis implendae acceperit, ab inof.Teſtamenti quaerela excludere, & rationem reddidit I. C. quoniam filius iudicium patris agnouerit; quod referri poteſt ad Impe. dictum in titulo de inof. teſtam. Inſtit. §. ſi tutor, in l. pen. iuncta l.vlt.ff.de inof. teſtam. Nec obſtat illorum opinio, qui conditionis explendae cauſſa acceptum quodcunque generis eſſet, nullo modo imputandum eſſe putarunt; quia eorum fundamentum ſecundum Baldi & Saly.mentem iactum in d.l.Quoniam in prioribus C.de inof.teſtam.ex eiſdem corruere videtur, cũ quod ipſi opinantur, ibi non contineatur, ſed potius longe diuerſum in haec verba diſponatur. Conditio vel Dilatio, vel alia diſpoſitio moram vel quodcumq. onus introducens tollatur, & ita res procedat, quaſi nihil eorum Teſtamento additum eſſet. quae verba eo pertinent, vt portionem debitam filius cõſequeretur, ne inofficioſi Teſtamenti quaerela competeret: ſed de imputatione nullum verbum. Quinimo quamuis ea in l.quod ipſi affirmant probaretur, nihilominus ea quae conditionis implendae cauſſa ex rebus ipſis haereditarijs capiuntur, ob generalem illum ſermonem ab imputatione non excluderentur; per l.ſi libertus §. excluditur infra de iur.patr. quo loci à Patroni legitima omne grauamen & conditio excluditur, & tamen vt ſupra habuimus in d.§.ſi patrono in figura conditionis percipienda dummodo de Bonis liberti ſint, in legitimam imputantur. TAMB. Hoc ipſum quomodo locum obtinere poſſit; nõ facile mihi perſuadeo, quòd

prae-

praedictae ll. in patroni, non in filij legitima loquantur; Adauget praeterea dubium quia portio paterna filio magis debita esse videtur, vt totiens supra dictum est, quam illa liberti Patrono. CAMP. Cessabit dubitatio si consideremus legem eisdem verbis & grauamina & conditiones videri ab vtraque legitima exclusisse d. l. siue ff. de iur. patr. & l. Quoniam in prioribus C. de inof. testam. & in vtramque legitimam id solum lex imputari voluerit, quod ex liberti substantia uel patris prouenit dicta l. scimus §. repletionem d. l. Quoniam nouella, d. §. si patrono, & eo magis quia a nobis non est differentia constituenda, vbi iura non constituerunt: quare consequens est, vt circa imputationem inter praedictas portiones nullum sit adhibendum discrimen. Secundo responderem legitimam à patre fi-
258 lio non esse magis debitam, quam à liberto Patrono, † nam si beneficia inter patrem & filium intercedentia consideremus, potissimum id est, quod ex parte patris erga filium, cui vitam dedit, quam quoduis aliud ex parte filij erga patrem, conferri possit, praesertim cum filius quicquid erga patrem facit, ita faciat, quia ita tenetur l. filia C. de patr. pot. At vero Patronus amplissimum contulit liberto beneficium, postquam illum ex morte in vitam, & ex turpissima seruitute l. Quod attinet ff. de reg. iur. in Romanam erexit libertatem; quare necessario fateri oportet, legitimam non esse magis debitam filio, quam Patrono: quinimo potius vice versa concludendum forsan esset. TAMB. Nihil igitur efficiet in filio ius sanguinis, & ratio naturalis, quae secundum citata iura superius dictat, vt legitima portio filijs relinquatur? CAMP. Hoc certe nihil ad rem, quia sanguinis necessitudo beneficium non tribuit, verum patroni liberalitas multum contulit, & eadem etiam ratio naturalis monet, vt bene-

facien-

facienti benefaciamus. TAMB. Sequitur ergo, ut quicquid ex ultima patris uoluntate capitur, dummodo ex ipsius sit substantia in legitimam imputetur? CAMP. Ita uisum est omnibus scribentibus ex iurib. supra allegatis. TAMB. Quid igitur si non ex ultima uoluntate, uerum ex patris dispositione inter uiuos aliquid capiatur, erit ne legitimae imputationi subie-
259 ctum? † CAMP. Id quod eo modo accipitur, nisi pater exprimat, nullo modo imputabitur. TAMB. Qua de caussa? CAMP. Quia ita constitutum est ab Impe. in l. si quando §. & generaliter C. de inof. testam. & l. illud C. de Coll. ubi ex ijs quae ex dispositione patris inter uiuos accepta sunt, nihil imputatur, nisi expresso iure caueatur. Ex quibus iuribus Doctores ducunt cõsequentiam, Donationem factam filio in legitimam non imputari. TAMB. Multum dubito ne non quod de Donatione dixisti locum habeat. CAMP. Quae te ratio ancipitem facit? TAMB. Quòd sciam donationem factam filio in potestate reflexionis caussa non ualere l. Donationes quas parentes C. de Donat. inter uir. & ux. Deinde quia eiusmodi donatio habeat uim relicti ut Not. Acc. in auct. ex testamento C. de Còll. cuius opinio cõmuniter ab omnibus approbatur: Not. etiã in l. In donationibus C. ad l. Falc. explicando ibi uerbum, quando, pro quia; similis est casus secũdum Azonis lecturam in d. l. filiũ quem, & hic Bar. & alij cõmuniter sequuntur, Alex. & alij in d. l. illud Raf. Com. in cons. 62. in fine & cons. 64. Alex. consil. 8. lib. 2. & cons. 27. lib. 5. Lud. Rom. cõs. 277. CAMP. Et. n. nõ insubtili rõne moueris, ceterũ nõ adeo aduersatur; siquidem obiectio est de filio in patris potestate constituto: Nos uero loquimur de donatione ualida nempe facta filio emancipato, quae nullo modo imputatur dictis iuribus. Sed uideamus de ueritate eorum quae adduxisti

duxisti,an scilicet tuta omnino procedant; & quippe Ang.contrarium tenuit in d.§.& generaliter ea potissi ma ratione,quia ibi indistincte loquitur,quem sequu ti sunt Corneus & Dec.qui primus respondet negando donata eo modo vt supra , quamuis morte confirmata habere vim relicti & arguit in hũc modum.Eius modi Donatio requirit insinuationem l.in hac sacratiss. C. de Don. ergo non habet vim relicti . Alia fuit Cornei responsio nimirum aliam esse rationem eorũ quae ad mortis tempus confirmantur , aliam eorum quae inter viuos donantur, licet non valeant nisi morte confirmentur; quia donans inter viuos agit vt Donatarius ab eo tempore consequatur donata, nulla habita temporis consideratione quo detrahenda est legitima;sicut haberi solet in legatis & donationibus caussa mortis. Ad aliud glos.Not.super verbo quando , accepto pro quia,rñdet Nouiss.dictionẽ illã,quãdo,nõ
260 eo modo vt fecit Acc.exponendam esse, † sed casualiter pro cum , quasi dicant,cum donationes vim fideicommissi habebunt,in legitimam imputabũtur, quia fideicommissa & id generis relicta imputantur d.l.scimus §.repletionem cum alijs C.de inof.testam. Ego autem vt ingenue loquar pro com.responderem,neque Ang.fundamentum & sequacium iactum in d. §.& generaliter negocium facere,quia dum ipse aiebat eum tex.indistincte loqui , id non negarem,verum adderẽ generaliter de valida inter viuos dispositione loqui,& consequenter de donatione non inualida,non autem vt in casu de quo agimus, de ea donatione quae vim relicti habet.Nec obstat Cornei & Dec.respõsio,quoniam vt testatur Ripa hic ex eo infringitur,quia pater sciens donationem non valere prout scire praesumitur l. leges C. de ll.videtur conferre donationem in tempus mortis,& proinde assumit vim relicti d.l.etiã

ad

§.sed si mortis. Nec obstat quod Nouiss. responderunt ad glos. expositionem super verbo quando, namque exponatur vt libet pro quia, vel casualiter; tamen idē ego esse puto, etenim Donationes non habebunt vim fideicommissi, seu relicti, nisi quae vel erunt morte cō firmatae, vel caussa mortis factae: propterea quod in vtroque genere ita demum Donatarius res donatas suas facit, si Testator moriatur. Concludamus igitur quicquid à patre inter viuos accipitur, ita vt valeat, in legitimam non imputari, nisi caueatur expressim.

261 TAMB. Quomodo cognoscam an valeat nec ne? † CAMP. Cognosces si filius à patre acceptum statim, vel ipsius patris adhuc viuentis confirmatione suum facere possit sine aliquo onere imputationis; vt consu luit Corn. cons. 64. vol. 2. TAMB. Nec dum quid signi ficare velis percipere potui. CAMP. Non ne vidisti quot limitationes Ripa hic farciuit? TAMB. Vidi equidem, attamen pergratum mihi esset id de quo su pra dubitaui, abs te breuius intelligere. CAMP. Ad quid ab alijs dictum repetere? TAMB. Vt planior qui dam intellectus appareat. CAMP. Nimis prolixus es sem, si vellem cuncta reponere, sed vt aliqua ex parte tibi satisfaciam, non nulla, quae maiori indigere vidē tur explicatione summatim pertingā: & quia superi⁹ de donatione facta filio loquuti fuimus, & vno mo do valere, alio modo non valere determinauimus, nē pe si fuisset facta filio emancipato locum obtinere, pa triae autem potestati subiecto non item. Nunc vero non ineleganter Ripa hic infert secundum Baldi mē tem donationem etiam filio in potestate factam, dum

262 modo iuramento sit vallata imputationē effugere: † tā ta est. n. Sacramēti uis & religio, ut perinde ualeat, ac si in filium emancipatum collata esset. Vt id. Bald. uo luit in l. 3. C. pro donato cuius opinioni quemadmo-

Y dum

dum Alex. adheruit qui de com. Testatur in cons. 8. lib. 2. ita etiã ego assentior. Deinde infertur donationem factam filio in praemiũ emancipationis nisi fue
263 rit expressũ nullo modo imputari. † TAMB. Nescio quid significare velit dictio haec in praemium emancipationis, cum pater potius à filio cui libertatem donaret, praemium habere mereretur, quam contra? CAMP. Ita dixerũt Nouiss. hic, inter quos Picus quare dicatur donatio in praemiũ emancipationis se pluries interrogasse magistros suos refert, ac tandem per antiphrasim dictũ esse putat. Aret. vero ĩ §. hoc quoq. inst. Tit. per quas pers. nob. acq. reprehendit vulgares dicentes datum esse in praemiũ emãcipationis, cum hoc non possit dici, sed potius pietatis caussa donatũ, & ita Nouiss. Senens. intellexerunt in d. l. filiũ quẽ habentẽ l. vt liberis §. vlt. C. de Coll. At Iac. de Nigris hic respondit ideo in praemiũ emancipationis dici, quia ita com. dictat vsus loquendi. sed vt veriorem responsionẽ recipias, conferas te ad Saly. dictum in d. §. repletionẽ, qui datum in praemium omancipationis id est in praemiũ consensus ipsius filij datum esse respõdit, quod quidẽ verissimũ est, nanq. filius inuitus à patre
264 non põt emancipari † l. Iubemus C. de Emãcip. lib. & l. quidã cum filiũ ff. de verb. oblig. quam Ripa allegat licet parũ faciat. TAMB. Sed ex hac digressione, vt ad id qđ principaliter agebatur, oratio reuertatur, quid cõcludes? CAMP. Donationẽ inquam in praemium emãcipationis filio factã, veluti patris vtilitatẽ respicientẽ, quo facilius filiũ ad emancipationẽ pduceret, iure validã cẽseri: Quare cũ filius ĩ praemiũ recipiat, suo quodã iure potiri videtur, & ex cõsequẽti in quartã legitimã imputare non esse compellendũ: quod & Bar. hic senserat, & in l. Peto ff. de leg. 2. Bal. in d. §. imputari & cõmuniter ibi, & in hac l. omnes scriptores sequuti

sequuti sũt,& idẽ Bald.cõsuluit cõs.61.& cõs.402.lib. 1. Alex.cõs.50.lib.6.& cõs.103.lib.3. TAMB. recte oĩa, sed adhuc praedicta cõm. opinio aliquã patitur difficultatẽ, nanq. datũ à patre caussa emãcipationis, contẽplatione legitimae datũ videtur, vt scilicet emãcipat⁹ habeat vnde se alat, ad quẽ finẽ etiã legitima inuenta dicitur, vt supra visũ est. & plene in tit. Auct. de trien. & semis. in princ. Subcrescit praeterea difficultas, quia si donatio morte confirmata in legitimã imputari dicitur, vt superius determinatum est secundũ Bar. & aliorum opinionem ob nullam aliam rationem, nisi quia eiusmodi Donatio similis esset fideicõmisso, uel donationi caussa mortis, & propterea non immerito idem statuendum erit in ijs, quae dantur loco legitimae. CAMP. Ad hoc paratissimae sũt respõsiones, primo quoniã donatio est collata in filiũ emancipatum, quae dicitur valida, & nõ imputatur per iura supradicta. Secũdo quia poti⁹ in filij emãcipati honorẽ videatur ipsa donatio facta, quã loco legitimae siue alimentorũ data, referẽte Imper. nostro inst. tit. per quas pers. nob. acq. §. hoc quoq. sed cũ inter viuos donatio sit rei licitae nullo iure cogẽte mera liberalitate facta collatio vt Not. p Host. in sũma de Don. & ibi Gof. & Azo in sũma. & ĩ Sum. con. lib. 1. tit. 15. de Decimis q.62. ita à simili possum⁹ dicere de emãcipatiõis praemio, partim ex mera liberalitate patris dato, partim vero ne fili⁹ patris arbitrio emãcipare cupiẽtis (vt iuuenile ĩterdũ cõtumax est ingeniũ) aduers⁹ ꝓpria cõmoda & honorẽ reniteret. Id cõprobat memorabile Accursij factũ, Bar. teste, qui donãs Frãcisco filio suo emãcipato cauit, vt aliquãdo imputaret ĩ quartã, ergo à cõtrario si nõ cauisset, nõ ĩputasset: Quare firma remanet com. cõclusio, Donationẽ factã filio in praemiũ emãcipatiõis ĩ 4. nõ ĩputari nisi expsse cautũ sit. Hinc ẽt & illã subor

dinant limitationem, Donationem in filium propter
265 benemerita collatam non esse imputãdam; † sed con tra forsan mouebit aliquis, huiusmodi donationes iu re non subsistere, quòd filij benemerita erga patrem excogitari talia vix possint, quae illi vel naturali iure non debeãtur l. veluti cum ibi not. ff. de iust. & iur. vel iure ciuili. propter maximum patriae potestatis vinculum, quo pater antiquitus non solum filios exhaeredare poterat, sed etiam vt Paulus inquit occidere l. In suis ff. de lib. & posth. & ex libertate in seruitutem dare l. prima & secũda C. de Patr. qui fil. distr. igitur superuacuum erit quaerere de imputatione.

TAMB. Verum tamen pro limitatione his non obstantib. responderem, & donationem praedictam pro benemeritis erga filium valere, & consequenter in quartam non imputari, nanque patrem praedicta omnia in filios facere facultatem habere ob patriae potestatis fauorem non negarem: Nihilominus neq. etiã quis inficiari potest, quin si pater velit fauori suo valeat renunciare arg. l. pen. C. de epis. & cler. & l. pen. C. de Pact. & l. potest hoc titulo, & filij benemerita, quamuis & naturali & ciuili iure sibi debita non ignoret, paterno tamen illo pleno charitatis affectu gratam licet debitam filij voluntatem liberaliter prosequi cupiens donare ualide permittatur: quasi Deum opt. Max. imitatus, cui licet omnia nostra tantopere debeamus, vt ne dum humana voce, sed nec intellectus cogitatione debiti magnitudinem agnoscere possemus, adeo vt quamuis omnia egerimus Christiana opera vel excellentissima, Serui tamen inutiles in sacris literis facti dicamur, Aeternam tamen pacem hominib. bonae voluntatis vt S. canit Ecclesia liberaliter condonat. nostras operationes sibi debitas non solum remunerãs, sed infinita illa sua liberalitate largissime

ſime excedens: cuius vt digni efficiamur perpetuò & orandum & in vinea Domini laborandum eſt. Dixit autem Bald. in auct. ex Teſtamento C. de Coll. vt ad rem reuertamur, ita humani patris donation. propter benemerita an ſit valide facta dignoſci ſolere, ſi benemerita inquã ſint ſaltẽ pro dimidia donationi aequiualentia. CAMP. Inhumanum profecto eſſet aliter credere, nanq. licet olim non valeret eiuſmodi donatio, quia tunc tẽporis quaerebantur patri aduentitia prout profectitia, hodie tamen valet ipſa donatio propter benemerita facta, quia tunc lucro comparatur
266 aduentitio † ſecundum glos. Bar. Bald. & communiter omnes in l. ſi donatione C. de Coll. Bald. in auct. ex Teſtamento eod. tit. & Bar. in l. & ſi forte ff. de Caſt. pecu. & habetur in auct. Vnde ſi parens C. de Inof. Teſtam. & per Bald. & Saly. in l. Illud C. de Sacroſanc. Eccleſ. & hanc adijcit Ripa reſponſionẽ quod quamuis talia merita remunerationem iure non requirerent, quia tamen pater ex cauſſa meritorum donat, omnino fatendum ſit illam cauſſam imputationem excludere. TAMB. Dixiſti ſecundum commun. opinionem donationem propter benemerita factam filio quoddam reputari aduentitium, contra, ea quae proficiſcuntur à patre dicuntur profectitia, ſed eiuſmodi donatio proficiſcitur à patre, ergo profectitia. CAMP. Gloſ. in d. auct. Vnde ſi parens reſpondebat praedictam donationem haberi pro aduentitia, nempe quando pater donat filio vt extraneo, exponit Bar. ibi quando praeceſſerunt opera filij talia, propter quae pater cuilibet extraneo tantumdem donaſſet: Vnde cum illud quod filius acquirit ex induſtria & operib. ſuis ſit aduentitium d. l. cum oportet in princ. C. de Bonis quae lib. ergo eiuſmodi donatio ex benemeritis accepta eorum inſtar cenſebitur aduentitia.
& idem

& idem Bar. repetijt in tract. de duob. fr. numero 23. referens ita tenuisse Iac. Butr. TAMB. Mirifice mihi eiusmodi responsio satisfacit, sed postquam occasio tulit, vt de talib. donationib. egerimus, in mentem venit quaestionẽ illam proponere tam valde à Doctor. exagitatam. Vtrum Dos data filiae quae superstitib. filijs suis ante patrem obijt, ab eisdem imputetur in
267 legitimam illos ab Auo debitam. † CAMP. Ambigua quaestio profecto est, & admodum difficilis, Bar. sequutus Iac. Butr. imputandum esse respondit, primo ex l. illam §. vlt. C. de Coll. vbi expresse dicitur, dotem Matri datam deberi à filijs conferri, ergo imputari. Huic coniungit l. Quoniã nouella C. de inof. testam. quae non requirit quod habeat à patre, sed sufficit quod eius occasione lucretur. Addebat dotem illam esse profectam de bonis patris, & consequenter quodammodo profectitiam censeri; probans in hunc modum, aduentitia non conferuntur l. vlt. C. de Collat. sed praedicta dos à Nepotib. cõfertur d. l. illam, ergo non est aduentitia. Tertio & vltimo ex l. Dos à patre profecta C. sol. Matr. ibi nanq. decedente filia in matrimonio superstitib. filijs, secundum Bar. & seq. dotem ad patrem reuerti deciditur, licet ex consuetudine penes virum remaneat, quae non operatur quin ab Auo & eius substantia proficisci videatur, & propterea Nepotes illi cogentur imputare d. §. repletionem. quam opinionem complures sequuntur per Alex. & Modern. relati in d. l. Illam C. de Collat. & hanc Bar. sententiam communem esse testatus est Alex. in cons. 24. libro primo, & idem voluit Andr. sic. cons. 40. libr. 2. Dec. cons. 171. prope finem. Ripa autem hic docet ampliandum esse vt etiam procedat in donatione propter nuptias filio facta, quae pariter est in nepotum legitimam imputanda cum à pari cum do-
te pro-

te procedat l. vlt. C. de dot. promiſ. & quemadmodum ſoluto matrimonio dos ad patrem reuertitur d. l. Dos à patre, ita donatio facta filio propter nuptias l. vlt. C. com. vtr. iud. & ita conſuluit Bertr. conſ. 103. in 4. dub. libr. 2. Ampliauit etiam in donatione facta filio in praemium emancipationis ſecundum Baldi mentem in d. l. Quoniam: ſed mihi non multum ſatisfacit per ea quae ſupra diximus. Redeamus igitur ad quaeſtionem, cõtrariae opinionis vt retulit Acc. in d. l. Dos à patre & poſtea Bar. in l. poſt dotem ff. ſol. Mat. fuit Martinus antiquus glos. qui d. l. Dos à patre & praedictas alias allegatas, intelligebat liberis non exiſtentib. quod verius puto, ut infra latius dicetur. mouebatur primo ex ead. l. illam C. de Collat. ſecundo à ratione illa poſita in d. l. Dos à patre C. ſol. Matr. in ſucceſſione primam cauſſam eſſe filiorum; Ergo filij praeferentur matris patri: ac pro eo videri facere l. primam ff. de Pact. dot. & l. inter ſocerum in princ. & §. cum inter ff. de leg. 3. l. Vxorem §. teſtamento & l. 3. §. Sed vtrum ff. de Min. dum ibi dicitur dotem eſſe propriũ ipſius filiae patrimonium, ergo tranſmittendum ad filios l. ſi ab hoſtib. ſupra eod. Allegant inſuper l. vlt. §. 1. & ibi gloſ. vt leg. nom. caueat. Hanc Martini opinionẽ ſeq. ſunt Petr. de belu. & alij tunc temporis moderni tali ratione cõfirmantes, ſi dos dari ſolet propter onera matrimonij l. pro onerib. C. de iur. dot. & matrim. ob liberorũ procreationem ampliſſimis fauorib. iura proſequũtur late in l. 1. ſupra ſol. Matr. onus tamen liberorũ remanet apud patrẽ l. ſi Marit9 ff. fam. erc. & l. ſi is qui ff. de iure dot. ergo &c. eãdẽ opinionem ſequitur Bald. in d. l. illã affirmãs nepotes illos habere dotẽ vt haeredes matris, & Comẽ. cõſ. 86. & cõſ. 10. qa ſi de iure nõ debet dos reuerti ad patrem, Nepotes dicũtur

eam

eam habere vt haeredes matris, quod & idem Bar. & alij senserant in d. l. post dotem & Imo. in cons. 63. Trottus etiam in additionib. ad Bar. super d. l. post dotem ff. sol. Matr. in verbo extantib. talia protulit verba. In hac difficili quaestione quãuis alias fuerit com. cum Accursio, nunc tamen communis est cum Martino, vt filij praeferantur Auo Materno, allegatq. Bellon. inter com. op. litera, D. vers. Dos à patre & Villalob. etiam in verbo Dos à patre, hanc late tuetur Calder. cons. 474. Soc. cons. 9. vol. primo & veriorem esse praesupponit Afflict. decisione. 236. numero 5. & neminem dicit esse Trott. qui dubitet hãc obseruari ex vniuersi orbis consuetudine, & ex consequenti omnino perinde ac legem esse seruandam l. de quib. & l. si de Interpretatione ff. de ll. Additq. se ita consuluisse & ita senat. Taur. iudicasse. TAMB. Vtramq. opin. fortissimis rationib. munitam esse video, quare an vna vel altera magis recipienda sit vehementer subsisto. CAMP. Doctores omnes hic intricatã esse hanc quaestionem vno ore fatentur, verum si veriori sentẽtiae cupimus adherere, illam Martini non deserere, sed veritas quo magis eluceat, discutiamus principaliora contrariae opinionis fundamenta. Quorum primum positum est in l. illam C. de Coll. nam cum ibi dicitur dotem filiae à patre datam conferri debere, respondet Bald. non rectam duci consequentiam, confertur
268 ergo imputatur † vt inquit se manifeste probare ex l. illud C. de Coll. TAMB. Imo Imper. ipse praedictã consequentiam duxit in d. l. Quoniam nouella C. de
269 inof. testam. † in haec verba. Quoniam nouella constitutio D. Leonis ante nuptias donationẽ à filio conferri ad similitudinem dotis, quae à filia confertur, praecepit, etiam ante nuptias donationem filio in quartam praecipimus imputari. Eodemq. modo cum

pater

pater vel Mater pro filia dotem, vel pro filio ante nuptias donationẽ, vel Auus paternus aut Maternus vel Auia paterna aut Materna pro sua nepte aut pro suo nepote, vel Proauus itidem paternus aut maternus, vel Proauia paterna aut materna pro sua pronepte, vel pro suo pronepote dederit &c. praefato modo volumus imputari si ex substantia eius sit profecta, de cuius haereditate agitur. Et quamuis vt inquit Ripa, nõ valeat consequentia, confertur ergo imputatur vt per Bald. nisi in casib. à iure expressis d.l. illud C. de Coll. Tamen in d.l. Quoniam cum ab Imperatore consequentiam praedictam expressam esse inueniamus, omnino valere dicimus. CAMP. Equidem non inficior Imperatorem consequens à Collatione ad imputationem protraxisse, sed tantum illud respectu personae cui erat Dos, vel donatio propter nuptias tradita admisisse, non etiam respectu filiorum ex ea natorum, vt ex verbis ipsius l. Quoniam si bene inspicias, colligere poteris; nanq. Tex. dum loquitur de Neptib. vel nepotib. vel de proneptib. aut pronepotib. loquitur eodem modo vt de filia & filio, quia quemadmodum dos data filiae, vel donatio propter nuptias tradita filio confertur & imputatur; ita etiam ad huius similitudinẽ dos data Nepti vel pronepti, vel donatio propter nuptias Nepoti vel pronepoti à suis maiorib. tradita, ab eisdem recipientib. conferatur & in quartam imputetur: & rationis est quoniam ex ipsorum maiorũ nacti sunt substantia: praedictorum autem filij nõ item, quia non ex illorum habent substantia, sed potius à Matre cuius sunt haeredes. Additur praeterea quia verbis l. non comprehenduntur, ergo imputare non tenentur, quam cõsiderationem augerem, quia nihil imputatur quod vel lege nõ statuatur, vel summa quadam vrgentissima ratione suadeatur, vt ex hac l. nostra

colligitur. Et animaduertendum est decipi Doctores dum dictiones illas de Nepotib. quasi aequiuocam significationem habentes intelligunt de nepotib. ex ipsa filia cui tradita est dos, vel ex ipso filio descendētib. cui facta est donatio propter nuptias. Et itidē de alijs, quod falsissimum est. nam vt quisq. diligens ponderabit, perspiciet d.l. Quoniā expressim loqui de dotib. & donationib. propter nuptias, quae personis enumeratis immediate ab ascendentib. dantur, nō quae per successionem interpositarum personarum accipiuntur. Ad secundum de l. Omnimodo §. imputari C. de inof. testam. dum ibi dicitur quod quicquid filius lucratus est occasione militiae emptae à patre in legitimam imputat, ita à simili dotem Matris, quam Nepotes habuerunt occasione Aui: respondetur hoc parum vrgere, nanq. tex. ille in d.l. omnimodo loquitur de lucro immediate proueniente ex re patris filio tradita, non de lucro aduentitio casu vel industria acquisito, vt voluit Bar. in l. prima §. nec castrense ff. de Coll. bon. ceterum dos filiae tradita casu quodā, scilicet per immaturam matris mortem, vt hic Ripa perbelle inducebat, Nepotib. acquiritur, & non immediate propter traditionem eorum matri factam; ergo non imputanda d.§. repletionem. Non obst. Tertium ex quo tota pendet quaestio in d.l. Dos à patre profecta. C. sol. Matr. quo loci formatur haec ratio, dos à patre profecta soluto matrimonio reuertitur ad ipsum patrem, ergo Nepotes eam ab ipso Auo habere dicuntur, & ex eius substantia; quamobrem onus imputationis effugere non poterunt per d.§. repletionem. Nam qui pro nostra sunt opinione respondent dictam l. procedere secundum iuris com. terminos, secus autem de consuetudine, quae vult extantib. liberis ad patrem non reuerti, & hoc modo dicunt locum obtinere Martini,

& ma-

& magis com. opin. sed ego aliter & fortasse verius responderem penitius Martini respõsioni adherens, qui d. l. Dos à patre & alias concordes allatas liberis non existentib. simpliciter intellexit; distinctione non habita inter Ius Com. & consuetudinem: vt nostri sunt arbitrati. cuius sententia prout verissima est, possem etiam confirmare per Papiniani responsum in d. l. post dotem ff. sol. Mat. quod pro contraria opinione mirum in modum facere videbatur, quippe ibi habetur. Post dotem datam & nuptias contractas stipulatus est pater filiae voluntate diuortio facto dotem dari. si conditio stipulationis impleatur, & postea filia sine liberis decesserit, non erit impediẽdus pater quo minus ex stipulatu agat &c. argumentando itaq. à sensu contrario, si filia decessisset cum liberis petens pater non esset audiendus, quod & Azo ibi speculatus est. Et id. Papinianus in l. Inter socerum §. cum inter vbi manifestissime explicat quod subintelligebat in d. l. post dotem in haec verba. Cum inter patrem & generum conuenit, vt in matrimonio sine liberis defuncta filia dos patri restituatur: id actum inter contrahentes intelligi debet, vt liberis superstitib. filia defuncta dos retineatur. quare multominus in casu proposito vbi nulla adest stipulatio, & filij filiae extant, pater si velit ad se dotẽ reuerti erit audiendus. Atqui ex hoc apertissime demõstratur neq. de Iur. com. dotem filiae datam superstitib. liberis reuerti ad patrem, & consequenter Martini & seq. sententia non iniuria magis obtinebit. Non obst. Acc. expositio in verbo sine liberis d. l. post dotẽ, hoc est, maxime, quasi idem, si cum liberis mulier filia familias decessisset, dicendum esset: nanq. directo aduersus verba l. exponendo nititur, contra l. non aliter ff. de leg. 3. accedit ad haec quòd nec sibi ipsi constat, cum ad alias

transeat explicationes. Postremo dicta opinio magnopere confirmatur ex eo quod Theoph. scriptum reliquit inst. tit. de leg. §. dotem ego, in haec verba. Nam vt adhuc discere poterimus, non simul atq. solutum est matrimonium dos etiam redditur. Ex huius quaestionis decisione corollarium pleriq. deducũt Doctores, si pater dotem pro filia dãdo, stipulatus sit soluto matrimonio dotem soli filiae reddi, neq. hoc casu Ne-
270 potib. in quartam imputari: † ut per Nouiss. hic concluditur, & Dec. in d. l. illã C. de Coll. numero 16. qui tanquam donatam filiae, ad nepotes filiae ipsius haeredes pertinere dixit, sequutus Bar. in d. l. post dotem ff. sol. mat. in quarta quaest. & in l. inter socerum §. cũ inter de Pact. dot. aduocans multorum doctorum & consulentium auctoritatẽ, & in summa scribere Alex. in ead. l. illam com. esse opinionẽ. Quinimo Dec. adeo ueram esse credit, ut illam etiam ampliandam ducat quocũq. alio modo nepotes tanquam haeredes matris praedictam dotem consequerentur, subscribens Castr. in cons. 251. qui pariter extendens aiebat idem esse si filia sit emãcipata, vel aliter sui iuris effecta, exẽplo Pisani statuti rem illustrans, quam tamen conclusionem moderatus est Andr. sic. in cons. 40. lib. 2. vt intelligatur quando filia praesens fuerit stipulationi à patre factae, alias secus per l. Quae absenti ff. de Don. & Bar. in l. si constante in quinta q. 2. part. princ. ff. sol. Mat. Hanc limitationem non probat Dec. ea ratione, quia Mulieri absenti ius in dote acquiritur l. prima §. accedit C. de rei vx. act. eo maxime quia Bar. dictum in d. l. si constante referente Alex. in l. si cum dotem ff. sol. mat. communiter reprobatur, quoniam in donatione tacita partis praesentia nõ requiritur, vt ex vlt. Bar. not. in l. 3. §. vlt. ff. de neg. gest. colligitur. TAMB. Superuacanea mihi uidetur praedicta illatio, quia si

ut su-

.vt ſuperius concluſum eſt, dos data filiae liberis exiſtentibus non reuertitur ad patrem, neque ab eis in quartam imputatur: ergo cum pater per ſtipulationē expreſſerit, dotē ad filiam reuerti, quaeſtio erit de indubitabili. CAMP. Porro ſi praedictam quaeſtionem velimus intelligere eo modo, quo Doctores intelligunt, & ſecundum formam praepoſitae quaeſt. nempe quando filij filiae extant in medio, ſine dubio hoc modo ſuperfluum erit dubitare, per ea quae ſuperius retulimus. Cetera ſi alio modo eam conſideremus, hoc eſt ſecundum ſtipulationis tempus, ſecundū quod non erat certum an filia cui dos tradebatur, cum filijs aut ſine filijs à Matrimonio ſolueretur, profecto tunc dubitabilis extitiſſet per l. Dos à patre C. ſol. Mat. & l. poſt dotem & ibi Bar. ff. ſol. Mat. quia per eā ſtipulationem filia ſoluto matrimonio non exiſtētib. filijs ad libitum de dote diſponere potuiſſet, ſed aliter idq. inaniter ſcriptores, vt dixi, intellexerūt: quam ob rem non amplius inſiſtam. TAMB. Hucuſq. uidim⁹ de ijs, quae inter viuos à patre accipiuntur, & in quartam legitimam non imputātur. Nūc ſi recte intueor, ſupereſſe perſpicio quae ſint illa, quae eodem ſimiliq. modo donata ſubijciuntur imputationi. CAMP. Putabam neceſſarium non eſſe tibi omnia ita ſpeciatim oſtendere, cum ex philoſ. praecepto non ignores cognito uno cōtrariorum cognoſci & reliquū, ut etiam apud nos inſt. titulo de his qui ſunt ſui uel alien. iur. & in l. prima ff. eod. Quare cognitis ſuperiorib. quae non imputantur, facile cognoſcere poteras quae ſint imputanda: hoc etiam ſupra tibi ſignificaui in illis uerbis, quod ſi filius datum à patre ſuum ſtatim uel per eius patris uiuentis confirmationem facere poſſit, imputare non teneri; ex contrario itaq. ſi à principio, uel poſtea deficiente confirmatione ſuum facere nō poſ-

ſit,

sit, imputationis onere grauatur. TAMB. Fateor haec omnia te mihi tradidisse, verumtamen quod tenue meum agnosco ingenium, non facile rerum arduarũ capax, vt quae animo voluas, & docto sermone complecteris, non facile fingere aut assequi valeam; quaeso ne graueris manifestare. CAMP. Quamquam Ripa hic ceteriq. Nouiss. & limitando & ampliando nõ minus fuse, quam eleganter fuerint prosequuti; nihilominus ne videar fortasse onus subterfugere, pleraq. per transennam summatim reponam. Sciendum est autem donationem factam filio in potestate, in quartam legitimam imputandam esse, quia secundum ea, quae supra proposita sunt, à principio erat inualida, postmodum vim relicti obtinebat, quod effecit, vt im

271 putaretur: † secundum glos. communiter approbatam in d. auct. ex testamẽto C. de Collat. & alia supra relata. Imputantur praeterea in legitimam donata filio donatione ualida si ea lege data sint, vt imputentur d. l. si quãdo §. & generaliter C. de inof. test. quia tacite intelligitur donator, ea lege donando, non liberã penitus donationem efficere, sed in caussam imputationis conuertere arg. l. seia ff. de Don. ca. mort. Ripa hic & alij Nouiss. in d. l. illud C. de Coll. ex Bar. sententia in l. prima §. si parens ff. si quis à par. fuerit manu. illud addiderunt in legitimam imputandum esse, quod simpliciter filio datur à patre. Itidem quotiescumque donata quantitas aequiualeat legitimae per l. Cum quo §. vlt. hoc tit. nostro; sed opinor haec duo non debere separatim poni, sed in unum coniungenda: id est quando aliquid simpliciter sit datum à patre filio sine onere imputationis iniuncto, & legitimae simul aequiualeat: quemadmodum voluit Imo. in d. l. Cum quo §. vlt. & Alex. & Corn. in d. Illud, & Soc. cons. 18. libr. 4. & eo sane casu omnino imputatio erit

facien-

facienda, quia non ab re Marcellus auctor d. §. vlt. haereditatis valorem respiciens datum aequiualens legitimae ad imputationem faciendam retulit. Est etiam & illud persequendum, quod Ricar. Malumb. Cyn. Bald. & Raf. Fulg. scriptis mandarunt in l. scimus in princ. C. de inof. testam. nimirum quod pater filio donasset pro parte sua in legitimam imputa-
272 ri † arg. illius tex. quia idem sit dicere pro parte sua, quod pro eius legitima, idemq. consuluit Corn. cons. 64. vol. 2. Ad has limitationes accessit & illa insignis, filium teneri imputare donationem simplicem à patre sibi factam quoties cessante imputatione inter fratres emergat inaequalitas, quoniam donatio tūc temporis euaderet inofficiosa; & proinde in legitimam
273 imputaretur: † Auct. Vnde si parēs C. de inof. testam. & ibi glos. Idem asseruit Bald. in d. l. Illud C. de Coll. & in d. §. imputari, quem hic Nouiss. consectantur. At quia nos loquimur de donatione facta filio dicimus vsq. ad legitimam reuocari d. auct. Vnde si parēs, & ibi Bald. Saly. & reliqui doct. quod antea in l. prima ff. de inof. don. Azo praesenserat, indistincte docens quatenus est immoderate gestū vsq. ad legitimā reuocari donationem, & sequuti sunt Dyn. & Bar. post nō nullas distinctiones. Haec igitur & similia inter viuos à patre data, vt deniq. rem absoluam in quartam leg. imputabuntur. TAMB. Quid si filius ex pecunia patris aliquod sibi comparauerit lucrum? tenebitur ne
274 imputare in legitimā? † CAMP. Pulchrā sane quaestionem & mirum in modum vtilem proponis, sed vt clare explicemus, erit primo distinguendum an filius ex pecunia patris lucrum sine suo labore, vel opera acquisierit; deinde contra interueniente opera sua lucratus sit: primo casu dubio procul in legitimam imputabit, quemadmodum alias res patris, & alia

profe-

profectitia l.cum oportet in princ.cum ibi Not.C.de bon.quae lib.l.si donatione & ibi Bar.C.de Coll.l.emptor in fine de rei vẽd. Bar.ĩ tract.de duob.fr.in princ. sequitur hic Ripa,eoq.exemplo exornat, cũ filius pecuniam patris penes Campsorem sub aliquo annuo lucro percipiendo reposuerit,deliberate imputãdum esse respondit. Secundo uero casu in uarias itum est opiniones,quare vt ueritatem ex eorum dictis elicere possimus, singillatim omnia in medium proponam. Glos. igitur in primis in d. l. Cum oportet indiscrete tradit eiusmodi lucrum tanquam profectitium in totum esse patris, & ideo imputandum, sequutus fuit Iac. Balduini, & latius ibi Raf.Fulg.& specu.in tit.de Iudic.in quarta par.§. sequitur vers. quid si alter filiorum, allegãs pro confirmatione l.si ita ff.de Vsu.& habit.& l.per seruum §. vlt.ff. de acq. rer. dom. Additur quia fili9 in potestate debet operari patri de eius mandato l.sicut ff. de op.lib. Contrariũ uero defendit Iac. Butr.in d.l.Cum oporter eleganter distinguẽs, quod quatenus sit lucrum pecuniae attribuendum, profectitium est, & patri acquiritur; quatenus uero industriae aduentitium iudicandum est, & filio quoad proprietatem quaeritur: cuius opinionem amplexus est ibi Bar.& latius in tract. de duob. fr. Bald. Ang. Pau. de Castr. & alij communiter in d.l. omnimodo §. imputari C.de inof.testam. & Bald. in c.primo de beneficio fratris in Vsib.feud. Idem in l.si tibi decem §.si pactus ff. de Pact. & in l. prima in 11. quaest. C. pro soc. Idem cũ Bar.in l.prima §.sed nec castrense.C.de Coll. bon.Bar.& Doct.in d.l.Illud C.de Coll. Bald. & Saly. in l.certum C.fam.erc.Bald. Pont. & Corn. in d.auct. ex testamento C. de Coll.Idem Corn.cons.24.vol. primo,& cons.58. vol 4. & Nouiss. hic. sed Iud. Rom. ut subtili praeditus erat ingenio, ita nimiam amauit sub

tilitatem

tilitatẽ in d. l. Illud C.de Coll. qui praeter opiniones relatas,quattuor sibi depinxit casus.Quorum primus est, quando filius ex pecunia patris eiusdem nomine negotiatur,tunc omne lucrum profectitium dicendũ sit, nam filius eo tempore vt patris minister seu institor lucratur l. Quod si procurator ex re ff.de Proc.Secundus casus est quando filius simpliciter negotiatur, nec scitur an patris nomine, vel suo id agat; tunc intelligi nomine patris id agi: & con sequenter lucrum fieri profectitium arg. l. post mortem cum ibi Not. ff. Quando ex facto tut. Tertius quando filius suo proprio nomine & suo periculo negociatur,uniuersum lucrum aduentitium esse monet arg. l. Idemq. §. si tibi mandauero ff.Mandati, & l. si vnus ex socijs §. primo ff.pro soc. Quartus & vlt. casus est,quando com. nomine patris & suo rem gerit, & hoc pacto intelligit habere locum Bar.& Doctorum Theoricam,& secundum ipsius distinctionem esse verissimam. TAMB. Si eo modo, quo superius secũdo loco ꝓposita quaestio est,intelligamus,non dubito com.opinionem veriorem esse,& distinctionem Rom. Extra illius terminos fuisse factam. CAMP. Enimuero grauiter aberraremus,nisi à com. essemus opin. siquidem simpliciter,vt posuimus,loquuti sũt Doct. quãdo filius lucratur cum pecunia patris interueniente opera sua, quo casu Pau.Castr.referente in d.l.Illud C.de Coll. com. consuetudo est, vt dimidia tribuatur operae, siue vt scribit Bald. in d. auct. ex testamento, dimidia excellenti industriae & prosperae fortunae(quod uerbum, prosperae fortunae, ponderandum esse animaduertit ibi Corn.)& dimidia pecuniae. Quapropter vt clarius com. Doctorum sententiam ueritati consentaneam ostendamus, ad obiecta secundum ordinem respondebimus, & primo non obst. glos. & seq. in d. l.

cum oportet,& maxime ſpecu.allegãs d.l.ſi ita §.vlt.& l.per ſeruum in fine iũcta d.l.ſicut, quia vt Bar.in dict. Tract. de duob.fr. reſpondebat, ll. illae loquuntur in ſeruo qui ex perſona ſua & ex opera ſua acquirit alteri,& de perſona quae ita facere tenetur:vt in d. l.ſicut. Nos vero de filio,qui vt inquit Bald.in d.auct. ex teſtamento,& ſequutus eſt Corn.patri operam induſtrialem praeſtare non tenetur,quamuis in obſequialib.ſecus dicẽdum ſit arg.l.ſicut ff.de oper.lib. facit §.quod autem Inſt.titulo per quas perſ.nob.acq.Vnde ex hoc poſſemus dicere primum Rom. caſum obtinere, ſed tamen patrem teneri filio praeſtare quãtum eius operae mererentur,vt opinati ſunt Bald.Corn. in d. auct. ex teſtamento & Soc. in conſ. 92. qui latius explicat, & penitius voluntatem patris pecuniam tradẽtis conſiderat,hoc eſt quando pater non ex ſua, ſed ex filij perſona negotiari deliberat, quem negotijs praeficit, vt ſuo nomine exſerceat; & ad hunc caſum, primum Iud.Rom.ſpectare putat: quandoquidem uniuerſum negotiationis lucrum profectitium dicendum eſt, poſtquam filius non ſibi,ſed patris nomine cuncta gerit.& propterea addit non immerito conuenire,vt pater vel Inſtitoria, vel exercitoria actione teneatur Toto Tit.Inſt.Quod cũ eo qui in alien.conuenit nihiloſecius cũ Baldo Corn.vt diximus,dũ operarũ filij remunerationẽ intuentur, quod vides à Rom. ſimpliciter loquẽtis opinione diſſidere. Cuius & ſecũdo caſui reſpõdit Soc.in eod. conſ.non ſibi placere Rom. opiniõnẽ ob rationes,quib.ante eũ vſus fuit Corn.in d.auct. ex Teſtamẽto,licet nullã de eo faciat mentionẽ, cum quib.& nos ſẽtimus:quia vt inqt Corn.loco cit. actus ille negociationis filij reſpicit vtrãq. perſonã & patris & filij.Vnde merito nomine patris tãtũ nõ videtur geſtus,vt ſẽtiebat Rom. quinimo potius nomine ꝓprio

arg.

arg.l.& magis ff.de Sol.l.Papin.ff.Mand.cũ filius,vt diximus, nõ teneat patri nisi in obsequialib. Addit Soc. in d.cons. hoc casu in patrẽ ex contractu filij competere Tributoriã, vt simul cũ alijs Creditorib. vsq. ad vires peculij cõcurrat,nõ autẽ sibi debitũ prius deducat Tot.Tit.ff.de Trib.& §.caeterũ vers.Is quoq. Inst. Qđ cũ eo &c.& propterea hoc secũdo Rom. casu habebit locũ aduersus eũ com.opinio; nõ enim cõsequitur pecunia ipsa est patris, ergo lucrũ ex ea profectũ filij negociatione itidẽ patris erit:quod ex eo facile intelligitur, quia si ex pecunia patris,vel alterius aliquid emitur, in dubio nõ dicetur emptũ nomine illius, cuius est pecunia,nec eidẽ res empta cõparatur l.si ex pecunia,l.sicut,ꝓponis ff.de rei vend.l.3.ff.hoc Tit.Ad haec accedit,quia negotiatio cũ pecunia,vt plurimũ fit per emptionẽ & venditionẽ, ergo &c.Tum etiam quia in Cõtractib. super negotijs gestis persona extrinsecus non subintelligit, iuxta Text. vulg.in l.si ita stipulatus §.Grisogonus ff.de verb.oblig.iũctis Not.Bar. & Bald. in l.si patruus C.com. vtriusq.Iud. & Bar. in l.Titiũ & Meuiũ §.altero ff.de admin. Tut. ex quib.colligũt, qđ si frater cũ pecunia com.negociatur, nomine proprio negociari cẽsetur. Romani autẽ rationi respondetur id procedere in administratore necessario, non in uolũtario;vt Not.Bar.in d.l.Patruus,& d.§.altero, & in l. post dotem super 3.lect.glos.ff.Sol. Mat. Facit Tex.& ibi Bar.in l.2.C.pro Soc.Quamobrem cũ in dubio nomine proprio negocium gestum esse credatur, patet adhibendã esse com.Doct.distinctionẽ factã in d.l.cũ oportet,in qua pro hac opin.Bar. Ang.Pau. de Castr. notabiliter dicũt, quod si Fundus patris labore & industria filij fructus producat,medietatẽ eorũ fructuũ
275 aduentitiã esse, † & illã filium sibi quaerere,in quorũ opinionẽ descẽdit Corn.i d.auct.ex testamẽto. Tamb.

Dicas si libet, quomodo tutum obtineat locum praedicta com. distinctio, quia vt mihi videtur aliter senserunt Bald. Ang. Pau. de Castr. in d.l. cum oportet, nempe quod arbitrio Iudicis erit arbitrari quod meretur industria, & quod pecunia: non igitur vt diuidatur per medium secundũ Bar. & seq. CAMP. Responderem ab hoc neq. Bar. ipsum dissentire, qui licet in dubio Iudicem monuerit per medium diuidere; nõ tamen negauit, quin si appareat, quod pecunia plus mereatur, quam industria, plus pecuniae tribuatur: & sic econtrario arg. l. si non fuerit ff. pro soc. & hanc suam fuisse intentionem deprehẽditur ex Not. ab ipso in d. §. nec castrense, vt animaduertit Pau. de Castr. qui cum eius dictis transit in d.l. cum oportet, & Corn. in d. auct. ex testamento, & clarius ipsemet Bar. in d. Tract. de duob. fr. cum ait, attendendam esse operis, oneris, & industriae filij aestimationem, quia id praecipuum retinet filius ex glos. in uerb. pro portionib. l. illud in princ. C. de Coll. quare & idem de pecunia vice versa dicẽdum est, si plus mereretur quam industria & opera filij. qđ & Iac. Butr. princeps com. opin. voluisse videtur in illis verbis quatenus lucrum attribui debet pecuniae profectitium est, quatenus vero industriae aduentitium. Ergo in dubio, vt concludamus, attendetur semper com. opinio & consuetudo, quam communiter omnes recipiunt Doctores. Secus autem quando notum sit plus mereri pecuniã vel industriam, quoniam tunc Iudex aestimabit, vt dicunt Bald. Ang. Paul. de Castr. Corn. & ceteri omnes in locis cit. TAMB. Ex iam dictis comprehendi quid sibi velit com. opinio, & summopere mihi placet. CAMP. Videamus igitur nunc de Tertio Romani casu, cuius dispositio nullo modo satisfacit Corn. & Soc. qui dicunt hoc etiam casu procedere com. opinionẽ

prout

prout colligi potest ex dictis Baldi in d.auct. ex testamēto, quib.nos assentimus. Nanq. si id obtineret, posset filius facile patrem defraudare, dum lucrum verisimiliter sibi aduenturum sperās, suo periculo inciperet negociari, praeterea impius sequeretur ille effect⁹, vt pater de peculio esset obstrictus, & quod sibi ex eo debetur, deduci non posset. Ad haec Doctores nō curant negocietur nomine proprio, siue com. patris & filij, namq. satis est in licite acquisitis lucrū proficisci ex pecunia patris: ad Rom. vero respondet Soc. in d. cons.p eiusd. Rom. verba posita in cōs.424. vbi Rom. referens opinionem, quam tenuit in d.l. Illud, & nos hic reposuimus, subdit licet legēdo sequutus fuerim distinctionem praedictam; nunc tamen consulendo non recedo à Bar. in cuius dictis semper solet esse ueritas &c. Accedit quod scripsit Bald. in d.auct. ex testamēto c.10. in fine, de acquisitis in ludo licito, & de acquisitis in ludo illicito, quo in loco, in ludo dumtaxat illicito distinguit vtrum filius suo, vel patris nomine ludat; vnde quasi de industria in licite quaesitis praedictam distinctionem ommisisse credendum est. De quarto & vlt. quid attinet dicere? quando Rom. cum com. conuenit? licet in reliquis temere dissenserit, vt antea audisti. Illud autem sciendum est, idem iuris esse, quod in superiori tertio casu, Socinum putasse, si filius ex pecunia patris clam ab eodem subrepta lucrū
276 faciat, † quamuis nomine proprio inscio patre negotiatus fuerit, ea potissimum ratione, quia quod pecuniae tribui debet, cum proficiscatur ex pecunia patris quamuis clandestina, cōstet esse profectitiū; est enim id compertum, quod tam de iure ff. quam Codicis etiam aliquando quicquid filius acquirebat, patris efficiebatur l. placet ff. de acq. haer. & l. prima C. qui ad mit. cum ibi Not. cuius ego opinionē illa ratione amplector

plector, quia in aduentitijs tantū à filio quaesitis industria vel prospera fortuna iure Nouiss. correctum esse reperio, vt d.l. cū oportet C. de Bon. quae lib. In profectitijs autē ius antiquū integrum remansit. Ergo cum lucrū ex patris pecunia profectū quatenus pecuniae tribuendum est, profectitiū sit, & patri acquiratur; nō immerito hoc casu vel communi dabitur locus opinioni: habita scilicet pecuniae & industriae ratione, vt alias dictū est. TAMB. Enimuero Soc. opinio huc usq. perbelle cōprobata est, verū non adeo vt aliqua mihi reliqua nō sit dubitatio; primo quia, vt ex proxime supradictis patet, Bald. in d. auct. ex Testamēto distinctionē habuit de lucro acquisito per filiū ex pecu-
e77 nia patris in ludo illicito, † an scilicet filius luderet nomine patris, vel nomine proprio: & primo casu cōcludit patri totum acquiri, secundo vero casu nō ita, sed soli filio. quod non parū facit cōtra Soc. nanq. inficiari non pōt, quin lucrū ex pecunia furtiua (si tamen lucrum appellandū est, quod negauit Plato in Protag.) ex propria negociatione ipsius filij proueniens dicatur illicitū, quia ex caussa illicita: & caussatum diiudicatur secundum naturam suae caussae secundum reg. vulgatis. l. Quominus de Flum. l. et si amicis ad l. Iul. de Adult. Secundo cōfirmat illa Bar. Baldi & aliorum sententia, hoc est, quando lucrum ex pecunia patris per filium ex caussa iniusta sit quaesitum, patri nihil acquiri l. Quod seruus ff. de acq. poss. Sed filius in casu, de quo agimus, lucratus est ex pecunia clandestina, ergo ex caussa iniusta & illicita, & ideo parenti nihil acquiretur. Tertio & vlt. applaudet reg. illa notiss. quem sequuntur incommoda, sequantur & commoda l. secundum naturam ff. de reg. Iur. cum sim. sed pater praedicto casu constat in nihilo teneri Toto Tit. C. ne filius pro patr. ergo pater nullum consequetur compen-

compendium. CAMP. non multum absimili rationũ genere contra suam decisionẽ vtebatur Soc. vrgebat enim à simili ueluti, inquit, frater cum pecunia com. negociat⁹ altero fratre ignorãte, sibi & nõ alteri quae-
278 rit † ex Not. Bar. Bald. in d. l. si patruus C. com. vtriusq. Iud. & in d. l. Titium & Meuiũ §. altero ff. de admin. Tut. ita etiam erit idem hic dicendum. possent & alia quib. ipse vtitur referri, sed breuitatis studio consulens nihilosecius ijs minime obstantib. Soc. decisionẽ veram esse concluderem, argumento à contrario sensu ducto ex d. l. cum oportet in verb. ibi. non ex substãtia patris, igitur si ex patris substantia filius vtcumque lucretur, illud hodie quatenus pecuniae adiudicandum sit, profectitiũ dubio procul efficietur, etiam si nomine proprio filius negocia gesserit; vt erat antiquo iure constitutum: quod profecto non dum est abrogatum l. Sancimus C. de Testam. Not. Acc. in l. frater à fratre ff. de Cõd. indeb. sufficit itaq. praedictã pecuniã ex patris substãtia fluxisse, maxime affirmãte Soc. quod quãdo filius aliquid acquisierit, nec cõstat ex cuius pecunia, Doctores in hoc cõspirasse, aliquando praesumi ex pecunia patris, quo aliqua ex parte, puta quae ad pecuniã spectat, patri acquiratur. quare si ita in dubio, quid erit in re clara & aperta statuendũ? quando scilicet certum est pecuniam patris extitisse? Non obst. quae primo & secundo loco adduxeras, nã vt placuit Soc. ea locum habent, quando lucrum esset illicitum, sicut manifeste probatur ex Baldi distinctione per te adducta, sed in proposito casu non est ita; nanq. licet primo casu actus contrectãdi d. pecuniam ignorante patre fuerit illicitus, non idcirco sequitur actum lucrandi & lucrũ ipsum effici illicitum: quod euidenti ratione confirmo, siquidem ad praedictum lucrum producendnm duae concurrerunt caussae,

altera

altera remota, quae fuit actus subripiendi pecuniam, altera proxima nimirum pecunia ipsa, & ipsius filij industria: sed in iure caussa proxima magis attenditur, quam remota l.ligni in fine ff.de leg.3.l.sed etsi plures §.in arrogato ff.de vulg. & pup. ergo actus furandi in casu nostro nihil officiet, quin patri pro rata, vt totiēs dictum est, acquiratur. Ad tertium respōdetur, quod quemadmodum filius in reb. per eum acquisitis non potest patri praeiudicare, multo minus in rebus ipsius patris, puta pecunia per filium nō acquisita. Est enim à Iur.auctoribus multo facilius receptum, vt per filios emolumentum quaeratur, quam damnū vel minimū inferatur, ut illud ostendit, quod scriptum est in l.etiā inuitis ff.de acq.rer.dom. & l.seruus vetāte ff. de verb. oblig. quibus cauetur patri etiam ignorāti per filium acquiri, quid ergo in lucro ex paternis pecunijs acquisito? Nec obst.quod vlt.ex mente Soc.deduximus, ipse enim respondit, similitudinem non esse de patre ad fratrem recipiendam, frater enim fratri non acquirit etiam cum pecunia fratris nisi ex societate, vt superius visum est: patri tamen per filium tam profectitia, quam aduentitia quoad vsum fructū ratione patriae potestatis acquiruntur d.l.placet, iuncta d.l. cū oportet. operatur ergo haec ipsa patria potestas idē quod res, siue substantia patris, quae duo cum in proposito casu intercedant, certum est nos à simili ratiocinari non posse. Vt igitur disputationis vela contrahamus illa erit accipienda conclusio, lucrum filij negociatione ex patris pecunia siue clam, siue sciente patre ad eū peruenta, profectitium esse quatenus pecuniae tribui debet; & ex consequenti, vt eo, vnde forsan longe discessimus, redeamus, filium teneri in legitimam illud imputare. TAME. Quid si filius occasione negotiationis, quam exercet cum pecunia patris, alicuius Ma

gnatis amicitiam inierit,à quo munera nobili Donatore digna receperit, erunt ne aduentitia, siue profe-
279 ctitia? † CAMP. praecipua filij esse sicut aduentitia responderunt Bar.in d.Tract.de duob. fr.q. princ. vers. quarto quaero, Ang.in d.l.cũ oportet in princ.Corn. in d.auct. ex Testamento numero 24. ea nitentes ratione,quia patris pecunia(qua negociando filius,amicitiam vt supra nactus,dona acquisiuerat) remota nõ autem proxima caussa iudicanda est, vnde nec attendenda arg. l. Socius qui ff. pro Soc. TAMB. Erit forsan idem dicendum, quando filius ex pecunia patris
280 vsuras acquisierit: † CAMP. In unum Petr.Cin. Bar. & Ang. conuenerunt eiusmodi vsurarum acquisitionem non esse profectitiam,vnde neq.patri aliquo modo acquiri arg.l.Vsura ff.de verb.& rer.sig.& eo minus quia hodie vsura est illicita auct. Ad haec C. de vsur. quamobrem patri nihil quaeritur etiam quoad vsum fructum l.Quod seruus ff.de acq.poss.& l. Quod si ex furto ff.pro Soc.prout voluerunt Cinus,Bar.Ang.Saly.Raf.Pau.de Castr.Contrariae tamen opinionis fuit ille,quem & Latinis & Grecis omnib. interpretib. facile anteponit Cuiacius vir & ipse Clarissimus lib.obseruat.3.c.11. hoc est Accursius ead.in l.cum oportet, vt praenominati Doct. cui assentire videtur Corn.ibi, & quidem recte vt arbitror, quemadmodum ex eiusd. glossatoris allegatione §.primi Inst.Tit.per quas pers. nob. acq. euidenter colligi potest: vbi noster Imp. in haec verba scriptum reliquit. sancitũ etenim à nobis est, vt si quid ex re patris obueniat filio,hoc secũdum antiquam obseruationem totum parenti acquiratur, quae enim inuidia quod ex patris occasione profectũ est,hoc ad eum reuerti?ponderandae itaq. sunt dictiones illae ex re , & occasione patris,quas idẽ Acc.large intelligẽdas esse dixit;ex re, idest propter rem l.aditiõ

in fin.ff.de acq. haer. vt fructus ex reb. patris, vel occasiōe patris quocumq. modo quaesita vt l.prima §.2.ff. de Incend.ruin.naufr.l. in Fideicōmissi §. cū pollidius ff. de Vsur. l. sed etsi plures §. in arrogato ff. de vulg. subst. iuncta l.si forte & l. Castrense ff. de Castr. pecu. nisi filius aliunde per se sit habiturus. Verum casu nostro non aliunde eas acquisiuit vsuras, quam occasione, & ex re, hoc est pecunia patris, ergo profectitiae, & patri acquirentur. Nec obst.d.l. vsura, nanq. licet vsura non sit fructus, tamen prouenit occasione rei, & fructuum vicem obtinet l. Vsurae ff. de Vsur. & ita Saly. placuit. TAMB. Quamuis ex iam dictis Acc. sententia appareat munita, nihilominus contraria Doctorū opinio adhuc viget, quia fundamentum eius nōdum e medio sublatum est. CAMP. Fateor ita esse, quae tamen hactenus dicta sunt, velim accipias in modum praeuiae cuiusdam inspectionis, vt iudicetur Acc. sententia à veritate alienam non esse; quod nunc demonstro clarius quadam adhibita distinctione. Id est aut filius pcaepit vsuras ex pecunia patris, nomine eiusd. patris, aut contra nomine proprio. primo casu totum erit profectitium, & patri totum acquiretur secundum Bar. Ang. Raf. & Corn. in cit. l. & Bald. in d. auct. ex Testamento. Secundo casu, tunc erit subdistinguendum, aut petiturà filio vsurarum acquisitio hoc turpi nomine vsurarum, aut praetextu alicuius rei ex pecunia patris profectae, & in filij peculio adinuentae, primo modo nihil consequetur pater ea ratione, qua vsi fuerunt Doctores supra relati, secundo autem modo sine dubio quatenus pecuniae tribui debet, patris efficietur, quia sit profectitium; & hoc pacto dictum Acc. procedit, & ita intellexisse videtur: nanque praesupponit absq. turpi nomine vsurarum, quas illicitas esse non ignorabat, factam petitionem

titionem fuisse, sed tanquam de re in peculio filij inuenta, quia satis est quod reperiatur in bonis secundum Baldi & Corn. mentem: atque hinc filius in suã quartam legitimam imputare grauabitur. TAMB. Absolutis ijs succurrit alia quaestio non parum hic à Doctorib. exagitata, an scilicet libri empti uoluntate patris, veniant fratrib. communicandi post mor
281 tem patris. † CAMP. Satis dubiam, & varie à scribentib. disceptatam quaestionem proponis, attamen nunc nos rem perfunctorie agentes, quatenus pertinet ad praeuiam quandam notionem, illam adhibebimus distinctionem, quam adhibuit Corn. in auct. ex Testamento numer. 29. qui dixit, aut filius non habet, vnde libros emere possit, aut habet. primo casu diuersae Doctorum extiterũt opiniones, eorum aliqui imputationem fieri affirmarunt, aliqui vero fieri imputationem negarunt; & pro negatiua videbatur facere l. Aduocati C. de Aduoc. diu. iud. & glos. in l. Nepos proculo ff. de uerb. sign. & in l. Miles ita ff. de re iudic. praeterea facit, quia pater fi-
282 lio studenti tenetur necessaria subministrare † l. sed Iulianus §. quod dicitur cum ibi Not. ff. ad Maced. & l. Macedoniani iuncta glos. cum Baldi dictis & alio rum C. eod. Tit. & propterea, ut inferebat Ripa hic, si tradere tenetur, ergo traditi repeti non possunt. l. qui hominem §. ulti. ff. de sol. Quinimo Dyn. ante Bald. & alios addidit in l. lucius §. idem ad Municipales, etiam haeredes teneri supplere expensas studiorum caussa per filium uoluntate patris inchoatorũ. Succedit quia pater libros pro filio emens, & tradẽs donare censetur l. filiae cuius iuncta glos. C. Fam. Erc. pro ead. opin, uidetur facere Tex. in terminis in l. quae pa ter C. eod. Tit. Ex contrario tamen pro affirmatiua urget, qa libri empti pro filio, in patris dominio reman-

fiſſe videntur l.prima C. de Caſtr. pecu.mil.lib.12.l. ſi filij C.de Don. inter vir. & vx. ergo communicãdi vel imputandi ſunt:quod ſi ſequendum eſſet, reſponden do,occurri poſſet gloſſ.quae mirifice pro cõtraria par te facere videbantur, in dictis ll. Macedoniani & l.ſed Iulianus ad Maced. & Baldi ſcriptis in d. auct. ex Teſtamento,quia gloſs. praedictae & Bar. in d.§.nec caſtrenſe in fin. & in Tract. de duob. fr. quarta q. princ. verſ. Tertio quaero, ideo determinant patrem teneri ad libros, & ad alia neceſſaria pro ſtudio, dum pater videlicet in ea permanet voluntate,vt filius ſtudijs incumbat,ſiue uoluntas expreſſa ſit,ſiue tacita,ſeu praeſumpta ſecundum Not.à gloſ.in d.l.ſed Iulianus. Verumtamen non ita ſi mutata voluntate filium ſtudiorum deſertorem fieri non curat, vt fuſius locis cit. ex dictis Bar. qui Dyni ſententiam impugnauit, colligi poteſt. Ad haec etiamſi detur,dictos libros fuiſſe donatos, erit tamen donatio ad ſtudiorum cauſſa referenda, & conſequenter imputandi d.l.Quoniam nouella. Sed forſan Dyni ſententia tanquam verior obtinere poſſet,in quam Corn.loco cit.deſcendiſſe videtur, ex cuius dictis eiuſmodi depingitur diſtinctio. Aut filius à patre in Accademias ſtudendi cauſſa miſſus, eſt ad ſtudia aptus & propenſus, Aut vice verſa: primo caſu quoniam filij & aptitudo, & ſtudendi voluntas, honeſtiſſime patris voluntati conformãtur, ſuaq.res agitur, vt quod vtiliter incepit, diligenter perſequatur: quando ab inceptis deſiſtere turpiſſimum eſt. idcirco concludendũ erit,ne talis turpitudinis nota inuratur, vt filio non inuita Minerua, & patris deſiderio ſtudia perſequenti, omnia ſtudio neceſſaria etiam per filios haeredes mortui patris ſubminiſtrentur: facit l. Haeres ſocij ff.pro Soc.& l.prima ff.de Haer.inſt.& l.futuri §.primo de Infantib.& ibi Bar.Bald. in d.l.Macedo niani

niani & Iud. Rom. in l. si donatione C. de Coll. asserentes patrem filio studenti comparare libros ad eius vsũ teneri. Secundo vero casu à Bar. nõ dissentirem, nam iusta caussa patri praeberetur, vt filiũ se ipsum, suũq. decus contemnentem iure desereret, & ab optima filium in studijs iuuandi voluntate discederet: etenim ad quid tot impensas pro filio facere, & continuo sollicitum esse, si à virtutũ tramite penitus filius deuiet? patrisq. monita aspernetur? cum vnumquodq. agens Teste philos. agat propter finem, quem filium praeuidet nunquam esse assequuturum. Quare non immerito in proposito casu nec pater, nec eius haeredes ad futiles huiusmodi expensas grauabuntur: de quib. hactenus, cum infra latius dicturi simus. primo tamen secundum casum supra propositum, qui magni momenti est, explicabimus, hoc est quando filius habet
283 vnde libros sibi coemat, † in eo ita Doctores distinguunt: Aut pater est legitimus filij administrator, & eiusd. bona sunt apud patrẽ, aut non. primo casu quoniam libri ex filij bonis comparati esse cẽsentur, praecipuo sunt suo quodam iure retinendi, pretium tamen illorum inquit Corn. eod. loci ex bonis proprijs eiusd. filij ea ratione detrahetur, quòd pater legitimus sit administrator. Secundo casu auctore Bald. in l. prima ff. sol. Matr. quem sequutus est Corn. vt supra, conditio patris erit consideranda vtrum pauper sit, & plurib. filijs abundet, & elegans sit librorum bibliotheca; eam nanq. vt magni pretij est, patrem donare voluisse non facile praesumitur: quia docentib. ijsdem Bald. & Corn. non creditur alijs filijs haereditatis loco paupertatem & egestatẽ relinquere: presertim quòd qui literarum supellectile sunt ornati, ac ditati longe minus egent, quam caeteri Teste Iac. de Are. in l. si pater in princ. ff. de Don. & post eum Bar. eod. loci, qui in

Tract.

Tract.de duob.fr.3.q.princ.primae par. in fin. idē firmauit post Dyn. & in d.§. nec castrense in fin. TAMB. Optimam audiui Iac. Are. sententiam à philosophis nō discrepantē, qui se solos, presertim Stoici, diuites esse asserebant, alteriq. dicterio consimilē, quod est, solū sapientem non egere: licet Arist. ad bene, beateq. viuēdum, & diuitiarum adesse commodū requirat. Sed ad rem rediens, cupio praeterea audire, quid sit dicendū in re tam controuersa. CAMP. Bar. in d.§. nec castrense, referentib. Alex. in l. In donatione C. de Don. & Ias. in l. filiae licet C. eod. Satis elegāter & late distinxit, cuius distinctio ijsdem Testib. cōmuniter approbatur: Ripa etiam hic latiorem protulit distinctionē. quare ego vt tam Bar. quam aliorum distinctiones ad summā redigam, hoc pacto distinguerem. Aut pater donauit expresse, aut expresse non donauit, sed simpliciter versat⁹ est in vno ex trib. modis, videlicet aut emit nomine filij & tradidit, aut emit nomine filij & non tradidit. aut tradidit, & non emit nomine filij. primo casu denuo distinguerem, aut donauit pater filio emancipato, aut sub eius potestate cōstituto, si emancipato tunc quia à princ. valuit donatio non imputatur d.§. & generaliter, nec reuocari potest Bald. Teste nisi quatenus esset inofficiosa l. 2. C. de inof. don. & l. siue emācipatis primo responso C. de Don. Si filio sub potestate, tunc subdistinguerem, aut is est, qui habere potest castrēse, vel quasi castrense peculium, aut non. primo casu puta quia sit miles, vel quasi miles vt Aduocatus, vel alia publica persona, vt existens in dignitate vel alio publico officio, vt Assessor, vel Professor stipēdiarius, & similes de quib. habemus tam in l. vnica C. de stud. lib. Vrb. Rom. lib. 11. & in Tit. de profess. Vrb. Constan. eod. lib. quam in l. vlt. C. de Inof. Testam. & l. Fori de Aduoc. diu. Iud. & l. velut castren

se de

ſe de Aſſeſs. Idem obtinere inquit Ripa etiam in Doctore ex mente Bar. in d. §. nec caſtrenſe, qui loquitur alternatiue de Doctore, vel Aduocato, atq. quod datum eſt nullo modo erit in quartam leg. imputādum; at filij praecipuum efficietur: ſiquidem ex ſui qualitate inquit Bald. poteſt praeſumi datum, perinde ac de peculio caſtr. vel quaſi. veluti filio militi arma, equos: Aduocato, Doctori, Aſſeſſori, vel Magiſtro veſtes, libros, & id generis ſimilia. l. ſi filius C. Fam. Erc. & l. prima C. de Caſtr. pecu. Idem eſſe, ſi donauit filio licentiato, putauit Bald. in l. prima ff. Sol. Matr. arg. l. pen. ff. de Mil. teſtam. ſequitur Pont. in d. l. ſi donatione, Corn. in cit. auct. ex Teſtamento, Iaſ. in d. l. filiae licet C. de Don. & Ripa hic. Secundo caſu puta in ſcholare erit ſubdiſtinguendum, aut donauit filio conſtituto in ſacris, aut filio laico; ſi filio in ſacris tunc idem ac ſi donaſſet Doctori, & alijs perſonis enumeratis vt ſupra, quia ſtatim iure quaſi caſtr. peculij valuit donatio l. ſacroſanctae, & aucten. preſbiteros, & l. cum l. Leonina C. de Epiſc. & cler. Id ampliat Alber. in d. l. ſi donatione etiam in libris donatis Clerico primae tonſurae, qui habuit ſequaces Iaſ. in d. l. filiae licet, & Bertr. conſ. 201. in fin. ea ductos ratione, quod exiſtimandum ſit eum ipſum Clericum peculium habere quaſi caſtrenſe: ex eo con firmantes, quod idem valeat teſtari. Sed Ripa animaduertit praedicta iura non loqui de filio primos ordines habenti, ſed vlteriores; item reſpondit verum eſſe quod poſſit de bonis ſuis aduentitijs teſtari, vt in cap. Quia nos ex. de Teſtamen. verum non itidem de bonis profectitijs, quae patris efficiuntur, non filij primam habentis tonſuram, quia nullibi in Iure reperitur, praedictum Clerum profectitia iure quaſi caſtrenſis peculij ſibi adipiſci; quod

quidem

quidē verius eſt. Si filio laico tunc erit ſubdiſtinguendum, aut viuente patre gradum aſſumpſit, quia effectus ſit Doctor, vel licētiatus, aut non. primo caſu concludit Bar. in d. §. nec caſtrenſe, quem cōmuniter omnes ſequūtur, vt de com. teſtantur Alex. conſ. 142. col. pen. lib. 2. & Ripa hic: quod libri non ſint in legitimā imputandi, quia filius tunc temporis incipit quaſi militare, & propterea illi libri efficiuntur tanquā caſtrenſe peculium, quare praecipui penes filiū remanebunt; nā licet donatio fuerit à principio inualida, nihilominus per gradus aſſumptionem patre viuente eſt conualidata l. ſiue emācipatis C. de Don. & l. Donationes §. pater ff. eod. & in hoc omnes cōueniunt, vt diximus. Secundo autem principalis diuiſionis capite, vt quando pater nomine filij libros emit, & eidem tradidit, nulla tamen donationis habita mētione, rurſus diſtinguendum eſſe putarem: Aut emit nomine filij emancipati, & tradidit, aut emit nomine filij ī poteſtate exiſtentis, eidemq. vt ſupra tradidit. primo caſu procul dubio praeſumitur animus donandi l. filiae cuius C. Fam. Erc. l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi, Bar. in d. §. nec caſtrenſe, & in d. Tract. de duob. fr. & in d. l. ſi Donatione quē ibi ſequuntur Ang. Raf. Pau. Caſtr. Iud. & Corn. in d. auct. ex Teſtamento, vbi putat idem eſſe dicendū ſi pater dat pecuniam filio, vt libros emat ſuo nomine; quòd videatur ead. ratio: necnon idē dicēdum quando pater adhibet filium, vt ſtipuletur, quoniā doceat Bar. in l. ſi pater C. de Don. & in Tract. de duob. fr. in fine eos caſus nō eſſe diſſimiles. Secundo caſu erit ſub diſtinguendum, aut filius eſt iam Doctor, ſiue licētiatus, aut Aduocatus, vel Aſſeſſor, ſiue alio fungens publico munere, ſiue ſacris initiatus vt ſuperius aſſeruimus, aut ſcholaris ſimpliciter. primo caſu praeſumitur donatio, ita Bar. affirmante in praed. iurib. & ceteris

D octorib.

Doctorib.i cit.locis: & quoniā existimetur peculium quasi castrense filium non teneri imputare.d.l. prima C. de Castr. pecu. responso 2. & l. Castrense infra de Castr.pecu. Secundo casu erit iterum distinguēdum, aut filius viuente patre studia sua perfecit, aut non. primo casu, quia filius incipit quasi militare, sic etiam libri quasi peculium castrense efficientur; nanq. Donatio quae à principio praesumi nō poterat, post studiorum absolutionem sine dubio incipiet praesumi; & eod. iure vt de Doctore, & alijs censebitur iuribus supra cit. Secundo vero casu quoniā Donatio nullo modo fingi potest, cum huiusmodi persona non patiatur, dicemus in peculium profectitium censeri datum, & filium eo casu sibi in quartam legitimam imputare secundum ea, quae supra retulimus. Si secundo modo nempe quia emerit nomine filij, & nō tradiderit, sub distinguendum puto, aut simpliciter emit nomine filij & non tradidit, aut emit nomine filij & dixit dono, vel do. primo casu Bar. in locis praealleg. & in l. si filij C. de Don. inter vir. & vx. voluit donationem nullo pacto praesumi, & sequutus est Bald. in d. auct. ex Testamento c. quinto, & ibidem Corn. qui de com. testatur Ric. malū. in d. l. filiae cuius ex eo Tex. quod & ibi Iac. de Are. Bald. Ang. & Frāc. tigr. in d. l. si Donatione sen serunt: sequitur Pont. in l. Quae dotis col. 7. ff. sol. Matr. vbi fatetur Bar. & sequacium opinionem com. esse & Corn. loc. cit. addidit ab ea non esse recedendum, haec illi. Verumtamen lud. Rom. in d. l. si donatione aliter sentit, quod si pater emit nomine filij emancipati donare cēseatur, mouetur à l. Donationem §. pater, & l. si pater de Don. & l. vlt. §. vlt. eod. Tit. quia quēadmodum ibi Auia censetur donare, quamuis foemina ex genere auarissimo. l. si stipulatur de Don. inter vir. & vx. l. sed si ego ad Velleian. l. cum veterum & l. cum

multae C. de Don. prop. nupt. multo magis itaq. pater donasse existimabitur. Ceterum Corn. in d. auct. ex Testamento numero 37. respondet iura à Rom. in ducta minus probare, quando in ijs non quaeritur, an donatio praesumatur, sed praesupposito animo donandi, censeatur donatio perfecta nec ne? Quinimo ex ponderatione Imo. & Pau. Castr. d l. si pater in Rom. retorquet, asserens contrarium ibi potius probari. Secundo casu adhuc subdistinguerem, aut emit nomine filij emancipati, & professus est se dare, vel donare, aut nomine filij in potestate constituti, cui etiam expressit se donare, vel dare. Sed antea quam hac de rè deliberemus, videndum est an ex illis verbis do, dono
284 ue, praesumptio donationis inducatur; † & quippe de verbo dono, explosa Bald. & quorundam aliorum opinione, adhererem Bar. in d. §. nec castrense, & Corn. in d. auct. ex Testamẽto numero 48. qui à verbis tam claris, & praecipue à verbo dono, non esse recedendum putat: arg. l. non aliter ff. de leg. 3. cum simi. addens ita Bar. sensisse in d. l. si Donatione, nec non Iac. Butr. & Saly. Sed de verbo, do, dubitat Corn. nihilosecius fatetur Bar. in d. §. nec castrense, & in d. l. si donatione, & in d. Tract. de duob. fr. nullam fecisse differentiam, vt tã ex verbo do, quam dono, praesumatur donatio, vt etiam placuit Saly. in d. l. si donatione, opinatus in d. l. filiae ex eo donationem praesumi, quod verb. do, dominij translationem significet. §. sic itaq. Inst. Titulo de Act. & l. vlt. ff. de cõd. ob. ca. nanq. vt inqt Theoph. in cit §. nil aliud est dare, quam dominũ facere. quam opinionem Imo. in l. si fundum ff. de verb. oblig. refert Petr. de bella Pert. in suis broc. fuisse sequutum, affirmantem etiamsi regulariter donatio non iudicetur, quattuor tamen casib. limitatur, quorum unus is erat, cum dominium transmittens vtetur verbo, do,

d. §.

d. §. itaque. Nec refert Imo. contra Petr. fuisse inuectum; nam contrariae opinionis defensor Corn. in loc. cit. inquit, quod licet verba quandoque improprie accipiantur, & in his terminis exemplum esse in d. l. si donatione: in dubio tamen, vt supra retulimus, à verbis ita claris discedendum non esse monet. eiusd. sententiae fuit Castr. in cit. l. filiae cuius. Atque ex ijs, vt ad primum casum reuertamur, donationem arbitrarer praesumi, quae cum à princ. sit valida, imputationi legitimae non subijcietur. Si secundo casu alia facienda erit distinctio, aut filius est iam Doctor, siue licentiatus, vel in sacris constitutus, siue alio publico fungens officio, aut adhuc scholaris. primo casu nullus dabitur imputationi locus, quia donatio praesumitur, & statim valet, vt ex superiorib. patet. Secundo casu erit insuper subdistinguendum. Aut scholaris mortis confirmatione retinuit, siue Doctoratus insignia viuente patre suscepit, Aut aliter accidit. primo casu donatio, quae à principio praesumi non poterat, incipiet praesumi, vel quòd in uita patris per gradus assumptionem inualuit, vel quòd eiusdem patris morte fuerit confirmata, neutiquam dicendum erit imputari: vt à iurib. toties alleg. Secundo autem casu donatio ea ratione praesumi non poterit, quia tunc datio non consistit, quemadmodum post Dyn. voluit Bar. in d. §. nec castrense, & in d. Tract. de duob. fr. in fine Tert. par. princ. Raf. in d. l. filiae cuius, Pont. in d. l. si Donatione C. de Coll. Imo. & Castr. in l. Donationes in concubinam §. pater ff. de Donat. Bald. in dict. auct. ex Testamento cap. quinto, & ibidem Corn. qui hoc tanquam magis communiter receptum sequendum esse dicit: quare hoc casu filius scholaris libros à patre praedicto modo acceptos in suam

quartam leg. imputare tenebitur. Tertio distinctionis capite, nempe si tradidit simpliciter, nec emit nomine filij, ita denuo distinguerem hoc modo. Aut tradidit filio qui sit eius conditionis, vt pec dij quasi castrensis capax reperiatur puta Doctor, siue licentiat us, vel Aduocatus, aut in sacris constitutus, vel in aliquo publico exercitatus officio. Aut non ita, sed simplici scholastico. primo casu variae fuerunt Doctorum sententiae Nic. de Matt. in d. l. si donatione fuit eius opinionis, vt cēseretur donatio, perinde ac si daret arma Militi, per l. si filius fam. ercis. & l. prima C. de Castr. pecu. lib. 12. & idem censuit Bald. in ead. l. si donatione & in l. prima ff. sol. Mat. qui praeter morem Bar. auctoritate allegauit, atq. probauit. Verum enimuero Ang. supra in loc. cit. contrarium defendit, & Corn. in d. auct. ex Testamento iura à super. sententiae Auctorib. allegata parum vrgere, quoniam ex dictis iurib. idonea ad hoc inter scholarem & Doctorē nequeat colligi differentia. Quinimo secundum Ang. & ea, quae supra diximus, procliuiores sunt parentes scholarib. subuenire, quā Doctorib. minime indigentib. elargiri, quare hoc casu Corn. quatenus pertinet ad ipsam donationem erga Doctorem, & alios coniectandam, idem esse ac si traditi essent scholari dicendum monet; quod quidē verissimum est. quandoquidem quo per traditionem dominium acquiratur accipiēti, operae precium est, vt inquit Theoph. Inst. Tit. de rer. diu. §. est & naturalis, eum qui tradidit, animo volentis dominium transferre, traditionem facere; aliter rei traditae dominiū non nanciscitur, quia est vnum de requisitis; & paullo infra addidit. sed & hoc adiectum est, animo uolentis eum dominum facere, qui accepit, vt commodatū & depositum exciperē. Vnde patet non statim sequuta traditione etiam in praedict. personis, donationē esse praesu-

praesumendam. Nec obst. Bar. auctoritas à Bald. cit. propterea quod, vt alias diximus, id. Bar. in d. §. nec castrense & in d. Tract. de duob. fr. illud solum intuetur, an filius Doctor sit, vel Aduocatus, vt donata naturã peculij quasi castrensis recipiant, sed non quod ex simplici traditione donatio praesumatur. Secundo casu subdistinguerem, aut filius scholaris est emãcipatus, aut in potestate constitutus. primo casu Iac. de are. referente Ang. in d. l. si donatione, & ibidem sequutus fuit Raf. opinabatur censeri debere donationẽ ea ratione, quod absit coniectura in peculium vt dederit profectitiũ, quod non soleat ad filios emãcipatos pertinere; nulla alia itaq. praesumendi caussa existẽte, necessũ est, caussam donationis praesumi l. pen. in fin. ff. de Don. Secundo vero casu aliter dicendum est, nam filius in potestate creditur in peculium profectitium accepisse: haec Iac. Nic. de Matt. & Bald. in d. l. si donatione putarunt neutro casu donationem praesumi, neq. in hoc differre emancipatum à filio in potestate; quod & expresse colligitur ex verbis Bald. ĩ d. auct. ex testamento c. 7. per l. ad eum §. auia & l. simpliciter de Don. Excipit tamen Bald. in filio emancipato concessionem in peculium (quemadmodum in eo qui est in potestate) praesumi non posse, secundum Not. in d. l. si donatione, quod sequutus fuit Põt. in d. l. Quae dotis, & Corn. in d. auct. ex Testamento, cuius verba hic repono, ait ille. licet quidam reperiantur allegantes Bald. in d. auct. ex testamẽto, & in d. l. filiae cuius, & in d. l. 2. C. com. Vtr. iud. tenentem, quod in filio emancipato censeatur donatio, sunt tamen conformes, & nil dicit. Ego autem ex ipsiusmet Bald. verbis in d. auct. c. 7. probo inter filium emãcipatum, & in potestate, respectu donationis praesumendae nullum habuisse discrimen, cuius verba talia sunt. Septimum c. est in filio eman-

emancipato &alijs, qui non ſunt in poteſtate; & tunc aut agitur de donatione praeſumenda, aut cõfirmanda, aut conferenda. primo caſu dic idem, quod in ſuis per iura ſupra à nobis relata. Ergo falſa eſt opinio dicentium Bald. in dictis locis, in filio emancipato putaſſe donationem exiſtimari, ex eo quod ei, vt inquit Pont. loco cit. exiſtimatur conceſſa adminiſtratio, & vſus. quare inquit Corn. licet emancipatus peculium habere nõ poſſit, poterit tamen eius vſu obtinere: quapropter non obſt. prima ratio. Ad ſecundum vero reſpondetur, ceſſare praeſumptionẽ donationis non ſolum ob filiorum inaequalitatẽ, ſed etiam quia nemo praeſumitur donare l. ſi cum aurum de Sol. & l. cũ de indebito de prob. & l. ſi filius de Don. Item licet Raf. pro conſtanti praeſupponat emancipatum teneri libros à patre donatos conferre: Bar. tamen in d. §. nec caſtrenſe in 2. col. & in d. Tract. de duob. fr. in 3. q. princ. ſtudiorum fauore contrarium reſpondit ex l. Quae pater fam. Erc. Quamobrem vt modum controuerſiae imponam⁹, libros ſimpliciter filio traditos, ex praedictis ſtabiliendum erit, non dijudicari donatos: & conſequenter eſſe legitimae portionis imputationi ſubiectos. Illud tamen hoc caſu in memoriam reuocandum eſt, quod ex Corn. mente ſupra retulimus, ſcilicet quando filius libros tenetur conferre, librorum aeſtimatione poſſe collationẽ implere, libris au-
215 tem libere potiri: † id placuit Bald. in l. Macedoniani C. ad Maced. & Saly. in d. l. filiae cuius C. fam. Erc. Item quaeri poteſt an impenſae factae à patre in filij doctoratu, ſiue in militia vt Hieroſolimitana, & ſimilib. in legitimã ſint imputandae, idemq. de impenſis factis quo filius beneficium eccleſiaſticum conſequatur; Quid itidem de Equis, & armis filio emptis. Sed anteaquam ad horum explicationẽ accedamus, ex re erit

erit prius diffinire vtrum officiũ puta ſcriptoriae Apoſtolicae, vel Regiſtri bullarũ, ſiue id generis ſimile in Rom. Curia exerceri ſolita, coempta à patre filio, ſint
286 pariter in legitimam imputanda. † Extitere qui negarent imputari, & contra qui affirmarent, in poſtremis fuit Pau. Caſt. ĩ l. omnimodo §. imputari C. de Inof. Teſtam. cui adheruit Ripa hic. Contra vero ex negãtib. reperio Nic. de Vbald. in Tract. de Succ. ab inteſt. col. 16. ceterum ponderemus vtriuſq. opinionis fundamenta, vt ueritatem inde facile ſeligere poſſimus. Affirmatiuae op. fundamentum iactum eſt in cit. §. imputari, & in quadam illatione per ſimilitudinẽ facta, nam in eo §. inquit Caſtr. Militiam imputari colligi: illatio autem quam facit ea eſt, quia militia de qua loquimur, referente Ripa, nil aliud eſt, quam quoddam publicum officiũ ex quo certus annuus redditus per
287 cipi ſolet, ideo militia dictum, † quoniam circa eius munia officialis militet, ſeq. ipſum exerceat. Secunda inquit redditur ratio, quia forſan eiuſmodi officia Militiarum inuenta fuerunt, vt Milites proemium conſequerentur l. lucius la prima ff. de leg. 2. l. Fidei commiſſa §. ſi ſeruo l. Patronus in princ. l. his verbis §. alumno de leg. 3. qua in re allucinatur, nam militia de qua allegatae loquuntur ll. accipiebatur pro omni munere, vel officio, ſeu gradu, à cuius exercitatione prouentus eueniebant: vt colligitur ex l. omnimodo C. de Inof. Teſtament. & ibi gloſ. in verbo, & illa, dicebaturque Militia non proprio quidem vocabulo, ſed per metaphoram, nam ſicut Miles dicitur non mollis, ſed aſſiduo labore durus l. prima ff. de Mil. Teſtament. ſic etiam qui munera, graduſq. ſuſcipiunt, durare, laborareque debent. Sic Aeneas alloquitur ad Milites. Durate, & voſmet reb. ſeruate ſecundis. Et vt reuertamur vnde diſceſſimus

Militia

Militia praedicta imputatur, ergo praenominata officia, siue registri bullarum, & alia erunt in legitimam imputanda. Opinionis vero negatiuae fundamẽtum in eod. fundatur §. quem retorquẽdo Nic. loco cit. mirum in modũ facere ratus est, quod eo loci habetur; ita demum militiam esse imputandam si ad haeredes transmisibilis sit, vel vendi possit, sin secus non ita. Vnde ait ille, scriptoriae officiũ neq. transmitti, neq. vendi potest, igitur non erit imputandum. Nec obesse inquit praedictorum officiorum resignationẽ posse fieri in fauorem emptoris, proindeq. transmitti, & consequenter imputari: nam respondet eiusmodi resignationem non esse liberam, sed in Pontificis arbitrio ac potestate esse, an in fauorem illius, vel alterius velit admittere, allegat c. admonet, & c. quod in dubijs de Renunc. Vnde cum ab arbitrio & voluntate admittentis pendeat, quam impossibilem dici posse argumẽtatur ex l. Apud Iulian. §. constat ff. de leg. 1. ex quo minime fore credit imputanda. Ripa vero hic, ut dixi, diuersã sequutus est Castr. opinionem, quam ueriorem esse reor, illa qua utitur Ripa ratione; respondetq. ad §. cõstat à Nic. allegatum obtinere tantum in ijs, quae difficillime comparãtur l. prima §. permittitur ff. de aqua quot. & aest. l. quidam relegatus ff. de reb. dub. l. intercidit ff. de leg. 3. Nec obstare arbitrium siue potestatẽ Pontificis, quoniam pene indistincte eiusmodi officiorum resignationib. Sum. Pont. annuere solet. His itaq. ita explicatis, redeamus ad ea dissoluenda dubia, quae supra proponebantur; in prima igitur quaest. an expensae Doctoratus, siue militiae puta Hierosolimitanae, vel beneficij ecclesiastici consequendi gratia in filiorum persona in legitimam imputetur. Com. resolutio est non imputari. primo ex l. si filia §. Neratius ff. Fam. Erc. l. prima §. sed an id quod dignitas ff. eodem

quando

quando ſcilicet filius inops ſit per l. vlt. & ibi Ang. de pet. haer. ſecundo ex Nic. ratione ſupra alleg. vel quia Doctoratus, & praedictae militiae, ſiue beneficij honos non eſt vendibilis, nec tranſmiſſibilis; vel quia propter onera quae his continentur factae fuerunt expenſae, ideo non imputandae: vt in ſpecie de beneficio eccleſiaſtico docuit Bar. Bald. in cit. locis. qd & alij veriſſimum arbitrantur, quòd filium iure quaſi caſtrenſis peculij beneficium eccleſiaſticum poſſidere dicant l. ſacroſanctae C. de Epiſ. & Cler. praeſumitur enim pater propter eccleſiaſticae dignitatis onera libenter impendiſſe, & illas filij quaſi praecipuas eſſe voluiſſe l. prima §. ſed an id, ibi propter onera dignitatis: ſequitur Ripa refertq. Bertran. ita de iure reſpondiſſe conſ. 201. libr. primo & recte quidem.
TAMB. Erit fortaſſe idem dicendum de Equis, & Armis filio emptis? CAMP. Arbitror in hoc ita diſtinguendum, aut Equi & arma fuerunt empta & tradita filio militi, aut non militi, primo caſu dubio procul praecipuo iure apud filium remanebunt, quia caſtrenſia. d. §. nec caſtrenſe & l. prima C. de Caſtr. pecu. Secundo autem caſu tunc eſſet ſubdiſtinguẽdum eod. modo, quo ſupra fecimus in quaeſt. de libris, an ſcilicet Donatio fuerit valida, necne; ſed ne toties idem repetamus, ex ijs facile quid iuris ſit intelliges.
TAMB. Quid erit dicendum de expenſis factis in
288 filij nuptijs? † CAMP. Bald. in cit. auct. ex Teſtamento c. 15. quem ſequutus eſt ibidem Corn. numero 52. reſpondit in portionem filij non eſſe imputandas, ea ratione, quia ſunt onera patris l. qui originem ff. de Mun. & Hon. & Pau. Caſtr. in conſ. 242. expreſſe & ſimpliciter tenet expenſas conſumptas, & veſtes quotidianas Nurib. factas conferri non debere, nec in portionem filiorum computari. Ang. tamen in d. l. vlt. de

Pet.haer. & Pont.in auct. ex Testamento toties cit. addiderunt, id obtinere si filius inops sit, secus vero si diues: quod placuit Corn. loco praedicto, & mihi satis arridet. TAMB. Habita iam declaratione de imputatione eorum, quae patris dispositione inter viuos, aut eo nullo modo disponente à filio capiebantur, quid
289 de illis quae ex Testamento acquiruntur? † CAMP. Quaecunq. ex testamento patris, siue iure institutionis, siue legati, siue in uim modi, siue alia ratione in legitimam imputantur, facit Tex. in d.l. omnimodo, & in d.l. scimus C. de Inof. Testam. dummodo praedicta omnia ex iusta Testatoris sententia, non autem nulla, aut inofficiosa percipiantur: vt hic omnes declarant: Item si quae capiuntur ex substantia patris sint, quia si secus non ita, vt alias diximus, & latius docet Bald. in Cons. 70. TAMB. Reliquum nunc est, vt post tantum pro me labore susceptum, cuius memoriam nulla vnquam delebit obliuio, illud postremum summatim dissoluere ne graueris, vtrum id quod ex substitutione ad filium peruenerit, ei sit in legitimam impu-
290 tandum. † CAMP. Bar. prout ex eiusd. verbis colligere potui, vt se se ab hac quaest. eximeret, hanc protulit distinctionem, Aut quod peruenit ad filium, peruenit ex pup. substitutione, aut in legato facta, & ijs casib. non imputari d. l. scimus §. repletionem ibi vel ex substitutione &c. Aut peruenit ex substitutione vulg. vel Fideic. & tunc imputandum esse docet. TAMB. Cur hanc substitutionum adhibuit Bar. differētiam? CAMP. Illa ab eod. affertur ratio, quia onus & conditio vulg. & fideic. substitutionis ab initio reicitur fauore legitimae. l. Quoniam in priorib. C. de inof. Testam. Sed in pup. non ita; quoniam inquit agi de Testamento & substantia pupilli, & ideo non posse in gitimam imputari, quae post mortem patris statim

debetur


debetur l. cùm quaeritur C. de inof. Testam. & ideo Bar. opinionem sequendam esse puto: & eo magis, quia uideo in casu Fideicommissariae substitutionis id, quod Bar. opinatur, fuisse in proprijs quasi terminis expressum ab Imper. in d. l. scimus in §. cum autē. vbi sanciuit d. partis restitutionem, ad legitimam pertinētem, non expectata nec morte haeredis, nec temporis interuallo, esse faciendam: & consequenter imputandam. alioqui sequeretur, vt duas legitimas consequeretur, alteram ex Fideicommisso, onere, tempore, vel conditione reiectis, alteram suo quodam proprio iure: quod est inauditum. TAME. Sed quid respondebitur Baldo contrarium secūdum Ripam diffinienti in d. l. scimus §. repletionem in 7. notab. & eiusd. Ripae rationib. contra deductis, dum ait, veriorem sibi Baldi opinionem videri, tum quod d. §. repletionem generaliter, infiniteq. loquatur, tum quia ratio ibi assignata. s. humanitatis gratia in qualibet substitutione militat. CAMP. Responderem Bald. non loqui contra Bar. doctrinam, sed iuxta casum à se propositum; videlicet si filius institutus sit in minori parte quam legitimae, & fratri substitutus, si frater decesserit sine liberis; adueniente conditione quod capitur non imputari in legitimam: quia pendet ex conditione. quod quidem verum est intelligendo si pars aduersa replicet, tempus vel conditionem eiusmodi fuisse expectandam. secus autem loquutus fuisset Bald. in d. casu §. cum autem quando s. filius reiectis onerib. & dilationib. dixisset quamprimum sibi legitimam dandam, eam nanque habitam sine dubio Bald. respondisset fuisse in legitimam computandam: ne duplicem, vt dixi legitimam consequeretur. Non obst. Ripae rationes, nam generalis locutio d. §. repletionem debet intelligi in habilib. suis specieb.

non autem in ijs quae rationi repugnant. Non obst. considerata humanitatis ratio, nam parum diligenter me iudice cōsiderata fuit. Imper. enim cum ea vtitur, nō respexit ad ea, quae iure aduentitio filio adueniūt ne legitimae computentur; sed solum quae ex patris substantia: imo inhumanum fuisset, vt pro Bar. loquamur, si profectitia, iuxta d. §. cum autem, non computarentur. TAMB. Egregie quidem pro more Bar. defendisti, Baldiq. doctrinam conciliasti, & inanes esse Ripae subtilitates ostendisti: verū adhuc nescio quid subdubitare me facit, quod id. Ripa ait, forsan rectius fuisse Bald. loquutū. quia si filius reiecta condictione substitutionis, & onere fideicommissi aliquid consequitur, iam illud non habet ex substitutione irrita, & sublata per aditionem, quae illam detraxit; sed habet ex institutione purificata per legem. quae verba mihi persubtilia esse videntur. CAMP. Videntur quidem prima fronte, sed duob. quidem scatet erratis, primum illud est, quod Ripae verba depingunt filiū institutum, & grauatum restituere; casum longe à proposito diuersum, in quo filius non grauatus, sed substitutus depingitur: qua in re ostendit se Bar. sensum non fuisse assequutum. Secundo dato & non concesso, quod talis esset casus, qualem ipse proponit, nonne certissimum est, ijs onerib. reiectis iuxta d. l. Quoniam in priorib. ea, quae ipse legis beneficio retineret, & non restitueret, esse in legitimam computanda? TAMB. Fateor omnes, quae mihi hactenus occurrerunt dubitationes, fuisse, vt optabam, sublatas; & hanc adeo quae diu me torsit, vt huius l. perdifficilis interpretationi ornatissimum colophonem addideris: quare neq. postquam suborta sydera suadent, tibi amplius ero molestus, neq. insuper quod vulgo fieri solet conabor verbis gratiam rependere: postquam mihi

mihi potius habendae gratiae essent, qui te ipsum ad haec, futuris seculis profutura, tam belle explicanda excitauerim. Quinimo tua fretus humanitate aliqua die pro noua alicuius arduae l. interpretatione conueniam. Quod te praestiturum libentissime non dubito. Vale itaque & me ipsum alio tempore denuo interrogantem exspecta.

FINIS.

D. B. M. V. immortales gratias.



INDEX MATERIARVM EX interpretatione l. In quartam ff. ad L. Falc.

A

Defun-

Explica-

Prin-

FINIS.

REGESTVM.

† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.
AA BB CC DD EE.

Omnia sunt integra folia.



ROMAE,
Ex Officina Marci Antonij Moretti, & Iacobi Brianzi. 1587.